FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

De iureiur. propter calumniam dando. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

not per Bal.ſed ſi reuocatio eſſet facta poſt litem cõteſtatam, &
eo caſu quo nõ poterat fieri,quia non ſuberat iuſta cauſa : tunc
etiã ſi perueniſſet ad notitiam omnium,habetur pro nõ facta &
ſña lata contra procuratorẽ reuocatum nocebit dño hoc voluit
glõs ver.[& hoc ante litis conteſt.] Sed ſi eſſet caſus in quo po-
tuiſſet reuocari idẽ eſſet quod quãdo ante litem conteſtatã non
eſt ergo fienda differentia,an reuocetur ante litẽ conte. vel poſt
ſed an poſſit fieri reuocatio, vel non licet text.in c. mandato. de
procu.videatur velle facere differentiã ſecundũ quoſdam:vt qñ
ſi poſt litem conteſtatam debeat notificari aduerſario & iudici,
quando ante ſufficiat notificare procuratori quod quidã tenue-
rant: ſed glo.ibi ſubaudit maximè poſt quia etiam idem ſi ante
vt etiam no.in d.c.

*De iureiur. propter calumniam dando.* Rubrica.

*Non eſt ſæpius iurandum ſuper eodem: & quid ſi præceſſit iuramentum generale?*
*Terminus datus ad probandum,non incipit currere quouſq; aduerſarius reſponderit po ſitionibus cum iuramento calumniæ.*
*Quid ſi iudex dixit do tibi terminum octo dierum ab iſta die, & non erant adhuc factæ poſitiones?*
*Non iuratur de calũnia,niſi in his quæ ſunt de contentioſa iuriſditione ſecus in his quæ ſunt voluntariæ iuriſditionis.*
*Quilibet articulus litis,q; dicitur habere ꝓpriã inſtantiã: & q̃ dicatur propriè inſtãtia?*
*Statutum quòd quælibet inſtantia duret ſexaginta diebus, & non ultra & ego petam executionem inſtrumenti,in qua proceditur ſummariè,& ſuper exceptionibus diſceptatur tantum q; tranſeunt xl. dies q; non poterit poſtea iudex pronuntiare exceptiones non obſtare,& executionem fore fiendam.*
*Quòd ad torturam non deueniatur:niſi in defectum aliarum probationum.*
*Inſtrumentorum appellatione,an comprehendantur ſcripturæ priuatæ?*
*Accuſator de conſuetudine tempore quo porrigit accuſationem,iurat uera eſſe contenta in eã:tiã parte abſente nec aliud iuramẽtũ poſtea exigitur, & reſpondetur per accuſatũ per uerba affirmatiua,uel negatiua,& nõ per uerbũ credit, uel nõ credit.*
*Quid in cauſa ciuili.*
*Quid in cauſis ſpiritualibus?*

LEX I.

1 IN omnibus. † Siue quis ab aduerſario exigat probationem : ſiue petat ſe ad probandũ admitti, debet prius de calũnia iurare.h.d. Et primò loquit̃ de prima parte ſummarij vſq; ibi.[ne autem.]poſtea de ſecunda parte quãdo petebat ſe admitti ad probãdũ per torturam ſeruorum.& põt intelligi hæc l.duobus modis.Primo ante litẽ conteſtatam.& tũc nõ corrigitur per aut̃.hic poſitam: qa tunc nõ erat adhuc præſtitũ generale ſacramentũ de calũnia quod preſtatur poſt litem conteſtatam.vt j.l.proxi. Ideo in ſingulis actibus oc-
a currentibus ante litẽ conteſtatã[a] vbi ſubeſt ſuſpitio calumniæ, etiã hodie exigitur hoc iuramentũ.Secundo modo põt intelligi poſt litem conteſtatam.& tunc corrigit̃ quia cum hodie per l.ſequentem ſtatim poſt litem conteſtatã præſtetur generale iuramentũ reſpiciẽs totam cauſam,& per conſequẽs ſingulos actus ipſius,non expedit poſtea in ſingulis actibus ipſum repetere: vt
2 in hac aut̃. ]Quia non eſt ſæpius iurandũ ſuper eodẽ poſſet tñ iudex exigere iuramentũ malitiæ in ſingulis actibus nõ obſtante iuramẽto generali prius præſtito de iure canonico:vt in c.ij.e. ti.lib.vj.ſed ante l.ſequentẽ non erat inuẽtũ tale iuramentũ generale ſed præſtabat̃ ſpecialiter in ſingulis actibus: quia tũc potius pertinebat ad reperiendũ veritatẽ,quã ad ſolennizandũ iudicium hodie verò pertinet ad ſolẽnitatẽ iudicij ideo ſi peteretur, & nõ præſtaretur,nõ valeret iudiciũ ſecus ſi nõ peteret̃. vt in c. j.de lib.vj.& no.in l.ſe.§.ſed qa veremur.& ſecũdũ iura vetera loquitur iſta l.j.ſed ĩ ff.licet fiat mẽtio in multis locis de iuramẽto calũniæ,tñ non habemus ſpecialẽ ti.ratione quam s.dixi. In tex. ibi.[neceſſitas probationis incũbit.] dic vbi ergo non deſiderat̃ probatio,vt in notorijs non iuratur de calũnia.vt no. in Spe. eo.
3 ti.§.j.ver.qd ſi emptor.Bal.† In tex.ibi.[niſi prius.] ſi ergo noluerit iurare,haberet̃ ꝓ confeſſo nec tenetur aduerſarius ꝓbare. vt j.l.proxi.§.ſi aũt reus & dicit Bal.per illũ tex.qđ terminus datus ad probandũ non incipit currere quouſq; aduerſarius reſpondeat poſitionibus cum iuramento calũniæ:quia poſitiones cõfeſſatas non habebit neceſſe ꝓbare ideo expedit ſibi ſcire ſuper quibus habeat neceſſe teſtes ꝓducere & hoc vult Spe.in tit.de dila.
4 §.j.ver.ſed nunquid currit.† Sed quid ſi iudex dixit tibi terminũ octo dierum ab iſta die, & tñ adhuc nõ erant factæ poſitiones, vel nõ erant eis in vſu:Reſpõdeo intelligitur & poſt reſponſionem:niſi pars fuerit negligeus in faciendo a
poſitiones,vel faciendo reſponderi. prout
in ſimili no.in eo qui negligit adire hæredi b
tatem:qa incipit currere præſcriptio ſicut ſi
adiuiſſet:vt no.in l.ea quæ.s.de temp.in integ.reſt.In tex.ibi.[ contentioſa.] No.ſecũdùm Bal.quod non iuratur de calũnia niſi
in his quæ ſunt de contentioſa iuriſditione.
ſecus quæ ſunt voluntariæ iuriſditionis: vt
in Spec.eo.titu.§.ſequitur.ver.quidam vbi.
5 † In tex.ibi.[inſtantia.] No.ſecundũ Bald.
quod quilibet articulus litis dicitur habere
propriam inſtãtiã:ſed propriè loquẽdo inſtãtia dicitur ſuper tota lite vniuerſaliter:&
incipit ab ipſa cõteſtatione:vt in l.properãdum.j.tit.proxi.tamen ſi ſuper aliquo parti c
culari articulo diſceptatur. adhuc dicit̃ largo modo habere inſtantiã talis diſceptatio.
facit quod not.in c.prudentiam.§.ſexta. de
6 offic.delega.Et per hoc † ipſe reſpondet ad
quæſtionẽ. Dicit ſtatutum ꝙ quælibet inſtantia duret lx.diebus,& non vltra:ego peto executionem inſtrumenti, in qua proceditur ſummariè:& ſine conteſtatione: obijciuntur exceptiones quod non debeat fieri,& ſuper eis diſceptatur:& antequã contentio terminetur tranſeunt lx.dies. vtrum
poterit pronuntiare poſtea exceptiones nõ
obſtare,& executionem fore fiendam? vi-
b detur ꝙ ſic:quia illa cauſa executoria[b] non
videtur habere inſtantiam:ratione quam s.
dixi.contrarium videtur Bal.terminare.ar.
huius literæ de quo etiam no.per eum in l.ij.j.de execu.rei iudi.
& illud habui pluries de facto Florentiæ: & allegabatur determinatio Bal.hoc tene menti:quia non de facili reperies per alios
7 tactum.† Vltimò no.in fi.huius l.quod ad torturam non deueniatur niſi in defectum aliarum probationum.Ideo Cyn.in l.obſeruare.j.quorum appel.non reci.dicit quod iudices malè faciunt: qui licet de maleficio ſit probatum ſufficienter per teſtes:nihilo minus inquiſitum vel accuſatum ponunt ad torturam:vt poſtea tanquã conuictus & confeſſus nõ poſſit appellare:vt ibi:qa poſtquam curia habebat ſufficientes probationes ad cõdẽnandũ: licet inquiſitus negaret,non debet extorquere confeſſionem per torturam.ſed Bal.hic dicit quod bene faciunt ad obuiandum fri
8 uolis appellationibus.† In glo.j.ibi:[ vel dic literas &c. ]No.ex
c tex.& gl.ar.quod appellatione inſtrumentorum[c] nõ comprehẽduntur ſcripturæ priuatæ: quia hic ponuntur vt diuerſa : & eſt ar.ſi datur terminus ad producendum inſtrumenta , quòd poſt terminum poterunt produci ſcripturæ priuatæ. Contrarium videtur terminare Specu.quod infra illum terminum debeant produci omnes ſcripturæ tam publicæ quàm priuatæ:qa omnes continentur appellatione inſtrumẽtorum de proprio ſignificatu:vt in l.notionem.§.inſtrumentorum.ff.de verb.ſign.& Spe.in tit.de dila.§.nunc dicamus.& l.nõ tñ.de inſtru.edit.§.reſtat.ver.illud aũt.& ver.quid ſi ꝓducit de cõmuni vſu loquẽdi, nõ dicit̃ inſtrm̃ niſi publicũ:ad quod vide ꝙ no.Bar.in l.in fraudem.§.neq; inſtrumenta.ff.de iur.fiſ.& ſi ſtatutum faceret mẽtionem de inſtrumentis,probata iſta conſuetudine reſtringeret̃ ad publica inſtrumẽta.nõ ſic dilatio data à iudice.nam duæ dilationes ſolent dari:vna ad probandum:& intra illam ſolent produci teſtes:alia ad producendum iura & intra iſtam producũtur in-
9 ſtrumẽta & aliæ ſcripturæ.† In gl.magna quæ incipit.[ſic ergo.] in fi.quicquid dicat iſta gl.de conſuetudine ſic ſeruatur.qđ accuſator tempore quo porrigit accuſationem,iurat vera eſſe contenta in ea:nec aliud iuramentum poſt ea exigitur: & hoc facit etiã parte abſente:& ſic in duobus differt cã criminalis à ciuili quoniam in ciuili iuratur poſt litem conte.per vtrãq; partẽ in criminali tempore porrectæ accuſationis,& per ſolum accuſatorem. Item in ciuili iuratur de credulitate,quod credit ſe bonam cauſam fouere:vt j.l.proxi.poſt prin.ſed in criminali iuratur de veritate:& ſimiliter non reſpondetur per accuſatum per verbum credit,vel non credit : ſed per verba affirmatiua,vel negatiua:vt in

a ¶ Añ lit:cõte. Adde gl.in l.j.C.de iur.cal. & Cy.in l.ij. eo.titu.

b ¶ Executoria. Vide de hoc p Bald.& ibi Alex.in l.litibus.C. de agri.& cẽſi.li. xj. p Alex.& Mod.in l. ꝓperãdũ.in prin.j.de iud.p Lu.Ro.in cõſ. clxxiij.inci.ampliſſimẽ doctor.in j. dub. & Alexã.de Imo.in cõſi.j.in ij.& iij.col. in ij.vol.& in l.non tñ.§. Idẽ rectè.ff. de peti.hær.& p d.meũ Soc.in ſuo cõſi.xcv. per totum.in j.parte. Stra.

c ¶ Appellatiõe inſtrumẽtorũ. Adde Iaco. Bu.& Alb.de Roſ.in in l.j.ff.de fi.inſtr.Io. de Imo.in Cle.j.in j. no.de pcu.Lu.Ro.in cõſi.xxiij.inc. neſcio qd dubitatiõis.Frãc. de Are.in conſil.lj.& ibi qd in ſtatuto.Alexã.de Imo. in rub.ff. de fid.inſtru.Abb.& Feli.in rub.extra eo. tit.ſ.de fi.inſtr. Doc. plenè & ibi dixi in l. admouẽdi.ff.de iure iur.Curt.& vide tu. per do.meũ Soci . in ſuo conſi.lxj.col.fin. ver.ſed tunc.Stra.

a ¶Quod nō eſt pluries iurādū. Adde gl. inſti. de fideiuſ. gl. in l. cū de indebito. in §. j. ff. de ꝓba. Bart. in l. q bona. in §. ſi qs ſtipulaturus. ff. de dam. inſe. glo. in c. cū dilecti. de ele. & in c. j. & ij. de iur. cal. lib. vj.

b ¶ Præſtari poſt litē cōte. Adde c. j. de iur. cal. lib. vj. & in l. ij. et ibi Bar. C. e. ti. Bal. in add. Spe. titu. de iur. cal. ver. j. & glo. in c. ex lrīs. extra e. tit. & ibi qđ poterit ꝓſtari qñcūq; añ cōcluſionē in cā quimò & poſt cōcluſum in cā. in l. j. ſ. eo. vt p Bald. & in §. ſed qꝛ veremur. j. eo. Cyr.

l. Marcellus. ff. rerū amo. & ibi no. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. eodē modo in cauſis ſpiritualibus: in quibus procedit ſine ſolenitate iudiciorū: vt in cle. diſpēdioſam. de iudi. olim nō iurabaī de calūnia: cū illud iuramentū cōcernat ſolēnitatē: ſed iurabaī de veritate dicenda ſecundū canones. hodie p c. j. eo. ti. li. vj. inductū eſt qđ etiā de calūnia iureī in eis nō ſolū de veritate: vbicūq; aūt nō iuraī de calūnia, iuraī tm̄ de veritate: & etiā vbi fuit iuratū de calūnia, gn̄aliter pōt in ſingulis actibus exigi iuramentū malitię vt in c. ij. eo. tit. Iſta tñ nō fuerūt inuenta de iure ciuili: ſed per cōditores canonū. q ſummi legiſtæ fuerūt: & cōſiderauerunt mentē iuris ciuilis: & etiam rigorem verborum: & temperauerunt rigorē cum intentione.

*3 ¶ Teſtis qui depoſuit cum iuramento, ſi repetitur per iudicem ut declaret dictum ſuum: non eſt neceſſe iterū ſibi deferri iuramentum: nec partem aduerſam citari.*

*3 Poſtquam pars iurauit de calumnia: ſi dētur poſitiones, & petitur q. eis reſpondetur per uerbum credit, uel non credit: nō expedit q. iterum iuret: & quid ſi calumnioſè reſpondeat.*

*4 Si recuſaret iterum iurare de calumnia: quòd non habeatur pro confeſſo, cùm non poterat arctari?*

## AVTHENTICA.

1 HOc ſacramentum. †No. hic quod nō eſt
2 pluries iurādū de calumnia ſufficit em̄ qđ ſemel ſit iuratū. in prin. poſt litē
3 cōte. †& dicit Bal. per hoc qđ ſi teſtis qui depoſuit cū iuramēto, repetiī per iudicē vt declaret dictū ſuū: nō eſt neceſſe iterū ſibi deferri iuramentū. Ex hoc ſequiī quod nō eſt neceſſe partē aduerſam citari: quia nō citaī niſi ad videndū iurare teſtē: nō aūt ad audiendū depoſitionē ſuā, quæ debet fieri in ſecreto: vt j. de teſti. l. ſi qñ. & ibi no. Si ergo nō habet neceſſe iterū iurare
3 ſimiliter nō habet neceſſe partē citare. †Itē dicit Bal. per hāc auī. quod poſtquā pars iurauit de calūnia, ſi dentur poſitiones, & petit: quod reſpōdeaī eis per verbū credit: vel nō credit: nō expedit qđ iterū iuret: ſed virtute præſtiti iuramēti rn̄debit: ſed ſi fortè iudici videbiī, poterit deferre iuramētū malitię: ſi videat quod ca-
4 lūnioſè rn̄deat per verbū nō credit. †Ex his ſequiī qđ ſi recuſaret iterū iurare de calūnia, nō habereī pro cōfeſſo: poſtquam nō pōt arctari. loquiī aūt auī. poſt lit. cōte. ſed in cōtingētibus ante l. C. remanet incorrecta. & ibi dixi. Itē dicit Cyn. qđ etiā poſt lit. cōte. l. C. in ſcđo caſu. in ver. ne aūt remanet incorrecta: quia ibi agiī de magno præiudicio. ſ. de tortura: quæ nō pōt reſtaurari: iō qui eam petit fieri, debet iurare de calūnia ſpāliter ſuper hoc. licet in prin. gn̄aliter iurauerit. ar. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. hoc edictum: quia vbi maius periculum cautius eſt agendum; vt ff. de carb. edic. l. j. §. Pomponius.

*1 ¶ Generale iuramentum de calumnia inuentum per hanc legem, quod prius non erat ad ſolennizandum iudicium debet præſtari poſt litem conteſtatam: & quid ſi eſſet præſtitum ante, & quid de particulari?*

*3 Quòd debeat præſtari incontinenti poſt litem conteſtatam: & quid ſi non petatur incōtinenti, & non præſtetur, q. non uitietur proceſſus, & in quacunque parte litis poterit peti, & debebit præſtari.*

*Quid præſtetur à partibus antequam ab aduocatis.*

*4 Copia articulorum uel poſitionum an ſit danda parti cum termino ad deliberandum, ut poſsit ſe inſtruere cum aduocato ſuo quid habeat reſpondere.*

*5 Teſtes poſſunt inſtrui à parte, uel ab aduocatis in modo teſtificandi, ut non deficiant in redditione cauſæ bona fide: & quò ad ea quæ conſiſtunt in iure.*

*6 Litis conteſtatio quomodo fiat?*

*7 Quando fit per confeſsionem, an ſit neceſſarium iuramentum calumniæ?*

*8 De calumnia an prius iuret actor quàm reus?*

*9 Si mutatur inſtantia, an debeat iterum iurare?*

*10 Quid ſi mutetur iudex, & non inſtantia?*

*11 Quando coniūcta perſona agit pro coniuncta, quæ ipſorum iurabit de calumnia?*

## LEX II.

1 CVm & iudices. †Lex iſta primò loquitur quando partes litigant per ſeipſas, qñ debeant iurare de calūnia: & per quemmodum: quia incontinenti poſt lit. conteſt. & generaliter ſuper tota cauſa quilibet per ſe tam reus quàm actor quod putat ſe bonā fouere cauſam: & illud introduciī per hanc l. quod olim non erat: & hoc vſq; ad §. [quod obſeruari.] poſtea qñ litigant per alios vſque ad §. [quod ſi actor.] & primò qñ per legitimos adminiſtratores. vſq; ad ver. [ſi autem abfuerit.] poſtea quando per procuratorem de quorum mandato conſtat vſque ad verſ. [hoc etiam.] poſtea quando dubitatur de eorum mandato. In tertia parte. l. punit recuſantes iurare. vſque ibi: [ſed prædictum ſacramentum.] ibi quarta. in qua declarat ad quas lites iſta. l. extēdatur: cum multa introducat de nouo. quæ non erant introducta per iura vetera: & dicit quòd ad lites cœptas poſt iſtam l. &
2 quid iuris ſit in pendentibus tunc declarat. †Not. in iſta prima parte quod generale iuramentum de calumnia inuentū per hāc l. quo prius non erat ad ſolennizandum iudicium, debet præſta-
b ri poſt litem conteſt.[b] ſi ergo eſſet præſtitum ante, non ſufficeret & poſſet reiteratio peti poſt litem conteſt. ſed particulare in occurrentibus ante lit. conteſt. quod non pertinet ad ſolennizandū iudicium, bene poteſt præſtari ante: vt dixi in l. j. & in auī. ibi po-
3 ſita. †Secundò no. quod debet præſtari incontinenti poſt litem conteſt. ſi tamen non petatur incontinenti, & ſic non præſtatur, non vitiatur proceſſus, & in quacunq; parte litis poterit peti, & debebit præſtari: & hoc hodie eſt deciſum. vt in c. j. eo. tit. lib. vj. Tertiò no. quod præſtatur à partibus antequam ab aduocatis. & ex hoc arguit gloſ. quæ incipit. [per hoc apparet.] quod qñ reus reſpondet litem conteſtando, nō debet inſtrui ab aduocato ſuo qui nondum iurauit: quia non debet exercere officium aduocatiōis antequā iurauerit. Iudex ergo qñ iubet reo q reſpōdeat libello, debet dicere aduocato ſuo (ſi ibi eſt pręſens) q remoueat ſe, & ſtet ad partem facit c. paſtoralis. extra de iudi. & idē in interrogationibus quæ fiunt ante litem conte. ad præparationē iudicij. de quibus in ti. de interro. act. Sed quid in reſpōſionibus quæ fiunt ad articulos vel poſitiones? nam illæ fiunt poſt lit. conteſt. & poſt iuramentum præſtitum ab aduocatis. videtur ſecus à con-
4 trario ſenſu huius gl. †Ex quo ſequitur quod danda ſit copia articulorum vel poſitionum parti cum termino ad deliberandum vt poſsit ſe inſtruere cum aduocato ſuo quid habeat reſpondere. & hoc in aliquibus locis ſeruatur. In contrarium: quia hodie aduocati non iurant: ideo videtur quod nulla danda ſit copia: ſed quod debeant legi coram parte: & incontinenti habeat reſpondere. nam aut continet aliquid de facto ſuo: & tunc non debet habere terminum ad reſpōdendum: cum debeat eſſe certus. vt in c. excommunicato. de reſc. Idem ſi de facto alieno, ſi poteſt eſſe certus. Si verò eſt factum de quo poſsit dubitare, pōt reſpōdere dubito, & petere terminum ad deliberādum. nam præſumptio eſt poſtquam iurauit de calumnia vt non petat malitioſe & cauſa differendi iudicium: vt j. ea. l. [§. quod obſeruari.] in gloſ. dicit tamen Spe. in tit. de poſitionibus. quod ſi clientulus eſſet homo ſimplex, & de leui poſſet decipi in reſponſionibus, poſſet aduocatus ipſum inſtruere potius in iure quàm in facto, tūc aduocatus poſſet aſsiſtere in reſponſionibus: non dico vt detur ſibi copia cum termino ad deliberandum: ne excogitet malitiam, & vide quod no. Bal. circa prædicta in l. ij. ſ. vt lite pēdente. & In-
5 nocen. in cap. per tuas. extra de teſtib. †dicit etiam Bal. hic quod Rofredus in titu. de ſenatuſconſul. Liboniano. dicit quod etiam teſtes poſſunt inſtrui à parte, vel ab aduocatis in modo teſtificandi, vt non deficiant in redditione cauſæ bona fide & quò ad ea quæ conſiſtunt in iure. pone enim quod articulus erat ſuper fama: poteſt inſtrui teſtis qui eſt imperitus, quid ſi interrogetur quid eſt fama, non debeat reſpondere id quod publicè dicitur: ſed dicat id quod dicitur à maiori parte populi: aliàs nō cōcluderet dictum eius: vt no. per Bar. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. Item allegat ille tex. dum dicit [niſi poſt narrationem & reſponſionē.] qđ reſpōſio poſsit eſſe duplex. ſ. negatiua, & affirmatiua, & hic ſim-
6 pliciter dicat reſpōſionē, †qđ litis conte. nō ſolū fit negādo narrata, prout narranī in libello: ſed etiā ſi confiteantur contenta in eo. vt hic. & j. tit. j. l. rem non nouam. & no. per doct. in l. j. j. de lit. conteſta. hoc tamen verum. niſi dicat expreſsè contrarium quod non animo litem conteſtandi: & tunc fieret ſibi præceptum de ſoluendo cum certo termino, vt haberet locum l. ſi debitori. ff. de iudi. & idem ſi ante datum libellū confiteretur: quādo autem poſt datū libellū reſpōdendo ad ipſum negat: & ſic inducitur litis conteſtatio, proceditur ad vlteriora in cauſa: & peruenitur ad ſentētiam diffinitiuam. Et aduerte quod gl. j. l. at qui natura. §. cum

1 §.cū me.ff.de neg.geſt.ſentit† ꝙ qñ cōteſtatio fit per confeſsio-
nē,nō fit neceſſariū iuramētū calūniæ ſed illud poſſet procedere
qñ cōfiteret narrata prout narranẽ:ſed ſi confiteret narrata: pu-
ta quòd mutuaui tibi decem ducatos:tamen petita fieri non de-
bere:quia fortè intendis opponere exceptionem ſolutionis, vel
pacti:tunc potius videris negaſſe, & ideo vterq; debet præſtare
1 iuramentum.†Sed quis noſtrum prius? hoc quærit glo. quæ in-
cipit.[ſi ergo.]in fi.& dicit quod ego qui ſum originarius acto-
r:ſcilicet confeſſus fueris intentionem meam & ſic non habeo ne
ceſſe probare:ſed tu qui in exceptione videris actor. Bald. dicit
ꝙ putat iſtum ordinem nō eſſe de ſubſtantia iuramenti,ꝙ prius
iuret actor quàm reus:nā in hoc ipſe nō facit vim.facit l.ſi man-
cipiū.§.ſi cōi diuidundo.ff.de euic. vbi præpoſteratio vnius iu-
dicij ad alterū non vitiat proceſſum licet in contrarium faciant
no.in l.prolatam.j.de ſenten.ꝙ ſecus ſit in actibus vnius iudicij:
quia ibi non debet eſſe præpoſteratio,& vitiat.vt in c. exhibita.
de iudi.ſtarem tamen in practica dicto Bal.quia illa eſt leuis ſo-
lennitas:& modicæ importantiæ, ideo non vitiat omiſsio.vt in
1 l.j.circa fi.ff.de ven.inſpi.†Vltimò quæritur ſi mutatur inſtātia,
an debeat iterum iurari? & certè hoc poteſt contingere duobus
modis,primo quādo per appellationem quo caſu prima inſtan-
tia non fuit perempta, ſed executioni mandata per ſententiam
diffinitiuam, ad quam ipſa ordinabatur: tamen inſtantia cauſæ
appellationis eſt diuerſa à principio.& tūc inter gloſſatores fue
runt opi.quas gl. hic recitat an debeat præſtari nouum iuramen-
tum,& videbatur ꝙ nō:quia virtus primæ inſtantiæ trāsfundi-
tur in ſecundā.& ſic videẽ ꝙ cū omni ſua qualitate. Cōtrarium
tamen determinatur hodie in c.ij.eo.ti.li.vj.vbi approbatur opi.
Jo.de qua hic in glo.Secundò pōt contingere qñ prima inſtātia
fuit perempta per lapſum tēporis: non aūt executioni mandata:
quia nō fuit lata ſnīa, vnde oportet de nouo eam inchoare.vt in
l.cum lite mota.ff.iudi.ſolui. & tunc minus dubitationis habet:
quia virtus primæ inſtantiæ nō trāsfunditur in ſecundam,imò
perimitur prima inſtantia cum omnibus concernentibus ordi
nem iudicij:vt eſt litis cōteſt. & iuramentū calumniæ. licet non
perciunt acta probatoria.vt s.de arbit.l. cum antea.in fin.ideo de
nouo eſt iurandum ſine dubio:quia illud iuramentum ſolenni-
zauit inſtantiam,non iſtam.†Si verò non mutaretur inſtantia.
ſed iudex,non eſſet iterū iurandum ſecundū gl. licet loquaẽ ſub
dubio fortè,ſed nō eſt dubitandū: nec in cōtrarium facit l. cùm
apud Sempronium.iudi.ſol.& l. iij.in princi. quia ibi de cautio-
ne iudicatum ſolui in qua habetur reſpectus ad perſonam iudi-
cis,ideo mutato iudice perimitur:quia ſententię alterius iudicis
ſe non ſubiecit:ſed illius de quo confidebat nos loquimur in iu-
ramento de calumnia in quo non habetur reſpectus ad perſonā
iudicis:ſed ad inſtantiam ad quā ſolennizandam fuerit præſti-
tum,& hæc durat eadem ſi autem non mutetur inſtantia:nec iu
dex,ſed actio adhuc glo.tenet non eſſe de nouo iurandum quia
fuit iuratum ſuper facto propoſito: & illud non mutatur: licet
1 mutetur actio:qui a per errorem fuit inepta actio propoſita.†Vl
1 timò quærit glo.quando cōiuncta perſona ᵃ agit pro coniuncta
quæ ipſarum iurabit de calūnia? & iſta quæſtio potius concer-
nit.§.[ſi autem abſuerit.]vbi qñ cauſa agitatur per procurato
rem ipſe principalis dñs debet iurare, idē ergo videtur in caſu
iſto:ſed contrarium dic aut iſta coniuncta agit pro ſuo intereſſe
quo caſu etiam inuita coniuncta perſona poteſt agere.vt in l.iij.
§.ſi uindeli.cau.& tunc ipſe agens reputatur principalis,ergo ip-
ſe debet iurare aut agit non pro ſuo intereſſe, ſed pro intereſſe
coniunctæ perſonæ & tunc cùm habeat mandatum à l. vt poſ-
ſit agere ſine mandato l.ſed & hæ.in prin.ff.de procu.dicitur ha
bere legitimā perſonam:ſicut tutor & curator, ideo ſicut illi iu-
rant vt in §.[quod obſeruari.]ita & iſta coniuncta nunc agens.

1 *Quando fiunt poſitiones,& eorum reſponſiones?*
1 *Differentia inter articulos,& poſitiones ut an ponens uel articulans uideatur affirma re contenta in eis.*

AVTHENTICA.

1 IN iſto iuramento.†Per iſtam auẽ. addi-
tur vnum ad iuramē-
tum de calumnia, vltra illud quod continet princ.l.C.
nam ibi dicitur ꝙ iurant partes ſe credere iuſtam cau-
ſam fouere:tam actor in agendo,quàm reus in reſiſtendo hic di
citur ꝙ etiam aliud debet iurare ꝙ neuter iſtorum exiget ab al-
tero probationē aliquā, niſi quā putat ne- a
ceſſariò exigēdā: ideo ſi peto à te centū.qa
mutuaui tibi,cum tu hoc ſcias vel ſcire de-
beas,nō debes exigere à me ꝙ probem: ſed
confiteri veritatem:ſed ſi peto v. quæ mu-
tuaui patri tuo:qa de hoc nō potes eſſe cer-
tus,bene potes exigere à me probationem:
2 †& ex iſta auẽ.ſumpta eſt materia poſitionū.nam cū actor neceſ-
ſe habeat ꝓbare ea quæ fundāt ſuā intētionē,ſi reus negauit nar
rata in libello,vel petita fieri debere:& ſua intentio fundatur ex
multis,vt ſciat ſuper qbus habeat neceſſe teſtes ꝓducere, faciat
ſup oēs ſingulos articulos:& interroget aduerſariū:an credat il-
los veros:& ſic ab eo nō exigaẽ ꝓbatio quā aduerſarius ſcit non
exigēdam. Rñſio.aūt fiūt per verbū credit,vel nō credit:qa eo-
dem mō de calūnia iuraẽ cū ſit iurm credulitatis,nō veritatis:vt
in[§.quod obſeruari.]& ſic ex iſtis duobus tex.inuēta eſt mate
ria poſitionū,& rñſionū:quæ ante iſta iura nō erat inuenta:licet
quidā dicāt cōtrariū:ꝙ per l.Offilius.de leg.iij.ſed Doc.dicunt
ꝙ ibi loquiẽ in interrogatiōe ꝑparatoria.de qua in tit.de interro.
3 act.†Et aduerte ꝙ eſt differētia inter articulos & poſitiōes. Pri-
mò em̄ danẽ articuli,& pars quæ dat,nō videẽ cōfiteri contenta
in eis:ſed dicit ſe velle illa ꝓbare,ſi fuerint negata: & poſt reſpō
ſionem illos articulos qui fuerunt negati dat iteratò per modum
poſitionum:& tunc contenta in eis videtur affirmare:nec poſſe-
poſtea reuocare niſi ex cauſa iuſti erroris:& ſi in eis eſſet aliqu
contrarietas manifeſta,diceretur periurus:vt habetur in text. &
per Ioan.An.in nouella.& etiam per gl.in c.fi.de iureiuran,lib.
vj.vbi omnino vide.

a ¶Coniuncta perſona.An cōiuncta pſona admittaẽ ſine mādato in beneficialib⁹ vide per Bal.in c.cū pridem.in vlt.col.de pactis.

1 *Legitimi adminiſtratores iurant in animam ſuam propriam cùm iurant de calumnia:& an eorum reſponſiones faciant præiudicium pupillo uel adulto?& nume.4.*
3 *Quid in procuratore ſpecialiter conſtituto ad iurandum de calumnia?*
4 *Quid ſcit ſcire?*
*Quòd dicatur quis eſſe certus de eo quod uehementer opinatur.*
5 *Tutor,uel curator:an teneatur ſubire iuramentum in litem pro pupillo,uel adulto?*
6 *Cum filiusfamilias poßit conueniri uel agere cum conſenſu patris,ſi habet legitimam ætatem:an tunc ipſe filius iurabit de calumnia:& quid in adminiſtratoribus eccleſiarum,uel hoſpitalium:& quid ſi conueniatur pater?& nu.8.*
7 *Adultus debet ſubire iuramentum ueritatis,licet curator iurauerit de calumnia.*
8 *Si pater conuenitur ex facto & nomine filij,an filius qui melius eſt informatus de ueritate quàm ipſe filius,poßit interrogari de ueritate:& iurare teneatur?*
9 *Quando diſceptatur an conuentus ſit minor,uel maior:& ſic an ſit ei dandus curator, an debeat iurare de calumnia?*
*Quid ſi diſceptatur de iuriſditione.*
10 *Quòd quilibet articulus cauſæ dicatur habere propriam inſtantiam,quando expectatur pronuntiatio iudicis:licet non ſit diffinitiua,& in ea præſtetur iuramentum de calumnia:& qualiter in ea ſit dare conteſtationem,uel quaſi?*
11 *Proteſtatio qua poteſt uti uolens agere contra minorem tanquam maiorem non obſtāte exceptione minoris ætatis.*
12 *Teſtis debet iurare de ueritate:& quando etiam de credulitate?*
13 *Qui iurat de calumnia,ꝙ debeat iurare quatuor.*
14 *Verbum credo,an habeat uim confeßionis?ut ex eo oriatur actio.*
15 *Caſus in quibus non tenetur quis reſpondere poſitionibus per uerbum credit,uel nō credit:uel non tenetur reſpondere,& ſi reſpondeat ſponte,quòd ualeat reſponſio.nu. 16.19.& 20.*
16 *Si teſtis in dicto ſuo aliquid impertinens dixit non ſtatur in hoc eius dicto.& quid in poſitionibus?& nu.15.*
17 *Quæ ſunt probabilia,ſunt punibilia.*
*Poſitiones fiunt ad releuandum ponentem ab onere probandi.*
*Ponens interrogatur an credat poſitiones eſſe ueras:ne ponat eas per calumniam.*
18 *Poſitio,qualiter dicatur negatiua?*
19 *Si ſit poſitio alicui qui ſemel reſpondit,an teneatur iterum reſpondere?*
20 *Excluſus à probando per lapſum termini,non poteſt facere poſitionem.*

1 §. Quod obſeruari.†Legitimi adminiſtratores
ſiue litigēt per ſe in cā perti
nēte ad illū cuius negotia adminiſtrāt,ſiue illi litigāti authorita-
tem præſtēt,debēt de calūnia iurare:nō aūt illi: & iurāt in animā
2 propriā ipſorū.nō illorū.h.d.vſq; ad §.ſi aūt.†No.tex. in ver.ibi.
[iureiu.affici:]& infrà dū dicit[ex animi ſui ſciētia &c.]ꝙ iſti le
gitimi adminiſtratores iurāt in animā ſuā ꝓpriā:ex quo ipſi affi-
ciunẽ iuramēto:& ſi iurarēt falſum ſciēter,ipſi ſunt periuiuri:nō
3 principales†& in hoc differūt à ꝓcuratore cui datū fuit mādatū
ſpāle:ad iurādū de calūnia.qđ hodie fieri pōt:vt in c.fi.eo.tit. lib.
vj.qa iſti nō iurāt in animā ſuā:ſed in animā dñi: & illi afficitur
iuramento:& ille eſſet periurus,non procurator:ſed ſi poſt iura-
mentum præſtitum à dño:& poſt litem conteſta. conſtitueretur

a ℭQuod ſcire dicitur. Adde c. hoc videtur xxij.q.v. Car. Zab. in c.cũ nobis.de elec. in xiij.no. & eundẽ. Car.in c.te nobis.in j.no.de cler. peregrinis.

b ℭ Quis eſſe certus. Quid ſit certum vide per Archi.in capi. ſecundo.de elec.libro vj.& qd ſit certitudo.vide Io.An.in c. certificari. de ſepul. gl. in c.conſtitutionem.de ver.ſig.li.vj.

procurator,quo caſu inſtãtia facit tranſitũ in eũ:vt in l.in cauſæ.§.ſi ex parte.ff.de ꝓc. & hoc nõ obſtãte ꝙ dñs iurauerit,iterũ ipſe iurare teneť. vt eſt hodie deciſum per c.ij.e. tit.li. vj.qdã etiã dixerũt eẽ deciſum ꝑ auť. ſeq.quæ incipit principales.circa princ.vbi dum dicit,vel illæ ad quas negotiũ in medio migrauerit &c.tũc talis ꝓcurator etiã ſi nullũ habuit mãdatũ ad iurãdum,quia nec expediẽs fuit, poſtquã ipſe dñs principalis iurauit per ſeipſum,teneť iurare dictus ꝓcurator in animã ꝓpriã:quia iurat pro ſe:& nõ pro dño:vt ibi:& ſi dicatur quare hoc:poſtquã dñs iurauit:quare ꝓcurator iterũ teneť iurare? Reſponndeo ſi aduocati iurant pro ſe non obſtante iuramẽto partiũ vt in l.C.eadẽ & fortiori rõne teneť ipſe ꝓcurator iurare: in cuius perſona ſubſtãtiať iudiciũ:& poteſt plus nocere,
4 & plus prodeſſe:& iſtam rationẽ tangit Bal. †Item not.in verſi.
a [ſcientes.] iũcto tex.circa fi.in ver.[credit.]quod ſcire dicitur [a] illud quod quis vehementer credit:licet per veram cauſam & cõcludentem nõ ſciat:quod eſt propriũ ſcire.ſ.rem per cãm cognoſcere.ſed ſcire per credulitatẽ eſt vehementer opinari per coniecturã:& adhuc ſcire diciť qñ animus eius ad hoc inclinať. facit l.ij.§.Idem Labeo.cum ibi no.de aqua plu.arc.bene facit.l.ſi ita
b §.pe.ff.de teſta.tu.vbi dicitur quis eſſe certus [b] de eo quod vehementer opinatur:licet non ſit verum in ſe. Oppo.pro declaratione glo.ꝙ iſti legitimi adminiſtratores non habeant iurare de calumnia:quia iſtud iuramentum principaliter ordinatur ad reſpõſiones fiendas per iurantem,vt reſpondeat veritatem, per id qđ habetur in auť.in iſto:ſed iſti legitimi adminiſtratores non debẽt interrogari:nec habent reſpondere:quia ſi reſponderent aliquid quod tenderet in præiudicium pupilli,vel adulti:nec hoc noceret ipſi pupillo,vel adulto:vt l.certum.§.ſed an & ipſos.ff.de cõfeſ.nec per conſequens prodeſſet interroganti. ad quid ergo iurat? glo.non videns veritatem multum ſe inuoluit ſuper hoc cõtrario.Docto.dicunt,& fuit originaliter dictum Pet. quòd imò debeant interrogari:& eorum reſponſiones faciunt præiudiciũ pupillo,vel adulto. Nec obſt. contrarium: quia debet intelligi ſanè quia tutor,vel curator nõ compulſus à iudice,vel compulſus,vbi non poterat compelli de iure ad reſpondendum confiteretur aliquid in præiudicium pupilli, vel adulti : ſed quando compulſi vbi poterant compelli:puta ad reſpondendum libello,vel poſitionibus: tunc ipſi poſſunt agnoſcere bonam fidem, & confiteri veritatem:quia non debeant pro commodo alieno animam ſuam damnare : ideo ius præſumit quòd confiteantur veritatem : & vult quòd eorum confeſsio præiudicet pupillo, vel adulto mero iure:licet fortè reſtituantur in integrum ex iuſta cauſa:& propterea ipſi iurant. nam & idem in procuratore reſpondendo libello,vel poſitionibus:vt plenè not.in l.non ſo-
5 lum.in princip.ff.de procur. † Iuramentum autem in litem non tenetur tutor vel curator ſubire pro pupillo, vel adulto; vt l.videamus.ff.de in lit.iuran. Adhuc opponitur:quia ſequatur inconueniens:pone quòd vnus eſt tutor duorum pupillorum, alter ipſorum agit contra alterum,lex videtur dicere ꝙ ipſe poſsit præſtare authoritatem vtriꝗ.ff.de autho.tu.l.accipientis.ſi ergo habet neceſſe iurare de calumnia,neceſſariò incurret periurium quia non poteſt vterque ipſorum iuſtam cauſam fouere. Solu. imò non poterit tunc præſtare authoritatem vtrique nec hoc vult illa l.accipientis.& hoc not.gl.& ꝑ hoc eſt expedita tota iſta glo.magna.In glo.ſeq.quæ incipit.[vt patet in bonis filij aduentitijs:] ſubaudi in quibus pater habet vſumfructum:& ſic eſt legitimus adminiſtrator filij:vt in l.j.de bon.mater. ſecus ſi vſumfruct.non haberet:vt in caſibus not.in authen.excipitur.de bon.
6 quæ lib.† In glo.ibi[verum in filio:] quaſi dicat in legitimis adminiſtratoribus eccleſiarum,vel hoſpitalium , vel etiam infantium,qui ſemper conueniuntur:vel agunt: & non ipſi principales non cadit ſequens dubitatio : ſed in legitimo adminiſtratore filijfa.quæritur cum poſsit ipſe filiusfa.cõueniri, vel agere cum conſenſu patris,ſi habet legitimam ætatem:an tunc ipſe filius iurabit de calumnia? & gl.ſecundũ quoſdam tenet ꝙ ſic: quia ipſe reputatur principalis tex.autem iſte debet intelligi quando ipſe legitimus adminiſtrator agit,vel conuenitur: & non eſt iſte cuius negotia adminiſtrat:ſed certè ſequẽs gl.melius loquiť. quod etiam ſi principalis conueniatur vel agat cum cõſenſu legitimi adminiſtratoris , nihilominus ipſe adminiſtrator debet iurare: quia cum illud iuramentum præſtatur ad ſolennizandum iudicium,non cadit niſi in perſonam legitimam,ſed ille cuius negotia adminiſtrantur per legitimum adminiſtratorem, non dicitur habere perſonam legitimam:quia ſine illius authoritate nihil facere poteſt.ergo in eo nõ cadit iſtud iuramentũ,ſi tamen melius eſt informatus de facto quã legitimus adminiſtrator,vltra iuramentum de calumnia præſtitum à legitimo adminiſtratore poteſt ipſe interrogari:& tenetur præſtare iuramentum de veritate dicenda:quod non pertinet ad ſolennizandum iudicium:ſed ad veritatem eruendam , & ad releuandum aduerſarium ab onere probandi:ita vult gl.ſequens.facit l.ſi actor.ff.de procu.& eo.tit. §.l.fi.vbi qui melius ſcit veritatem poteſt interrogari , &ꝗ tenetur reſpondere. In glo.ibi.[in caſtrenſi autem vel quaſi.]Dic.q.d.in aduentitijs:non ita clarum eſt ꝙ filiusfa.agens vel conuentus cũ authoritate patris præſtet iuramentum calumniæ:ſed in caſtrẽ. vel quaſi clarum eſt:& ſine dubitatione:cũ in illis pater non ſit legitimus adminiſtrator.vnde non debet ipſe iuramentũ hoc præſtare:ſed ipſe filius:& ſubdit glo.cum conſenſu tamẽ patris. Sed in hoc malè loquitur:cum in illis habeatur pro patrefa.vnde nõ requiritur conſenſus patris in aliquo:vt ff.ad Macedo.l.ij.& de caſtren.pecu.l.iij.lex autem fi.de bon.quæ lib.in §.neceſsitatem. loquitur in aduentitijs. In fi.glo.ibi.[reſpondeo ſic:]quia cum perſona ſerui legitimetur dicto caſu ad ſtandum in iudicio:per conſequens etiam ad omnes actus iudiciarios explicãdos,& ad hoc tendit l.j.§.de his qui ven.æta.impe.alleg.in gloſ. Et idem eſſet in minore eo caſu quo habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine curatore:vt in cauſa matrimoniali,vel beneficiali:vt in c.ex parte.cum ibi no.de reſti.ſpo.& in c.fi.de iud.li.vj. In gl. ſeq.quæ incipit:[ex hoc dicunt quidã.]ſubaudi & malè:qa glo. reprobat hanc diſtinctionẽ.j.in ver.[ſed tu dic.] vbi etiã melius loquitur quã gl.præcedens. In glo.ibi.[ſcit veritatẽ melius quã curator.] Dic vt qa agiť de facto ipſius adulti.ſed certè aliud eſt melius ſcire veritatẽ:ꝓpter qđ nõ deferť iuramentũ calũniæ:ſed veritatis,& aliud eſt ſcire qualitatẽ cauſæ.i.iuſtitiã eius : & illud magis cadit in curatore quàm in adulto:etiam ſi agatur de facto ipſius adulti:& propter hoc defertur iuramentum calumniæ ſibi
7 & hoc vult glo.in ver. [ ſed tu dic ] † In gl.ibi. [ an ergo de veritate dicenda iuret?]ſubaudi dicto caſu quo melius ſcit veritatem ipſe adultus quàm curator:vel etiam ita bene:& gl.tenet ꝙ ſic.& bene.nõ obſtante ꝙ per procuratorem fuerit præſtitũ iuramentũ de calumnia:& probat:quia propter hoc ꝙ melius ſcit veritatem poteſt interrogari:ergo debet iurare de ipſa veritate dicẽda:ꝙ autem poſſet interrogari:gloſſ.probat:quia lege cauetur ꝙ reſtituitur aduerſus ſuam confeſsionem & reſponſionem : vt in l.certum.§.vlt.ff.de cõfeſ.ſed ſi non deberet interrogari, nõ eſſet neceſſaria reſtitutio.quia cõfeſsio ipſo iure ſibi non noceret:nec eſt dicendum ꝙ interrogetur:niſi quando melius ſcit veritatem.
8 †In glo.ibi.[Item dico in filio cuius nomine conuenitur pater.] Dic.i.ex cuius facto:& ſic melius eſt iformatus de veritate ipſe filius quàm pater,& idem in ſequẽtibus exẽplis:tũc eñ iuramentum de calũnia præſtabiť per ipſum patrẽ:vel dñm,vel abbatem qui cõueniuntur:ſed ipſe filius:ſeruus:vel monachus interrogatur de veritate quam melius ſciũt.An autem ipſe pater,dñs,vel abbas,poſsit reuocare confeſsionẽ vel reſpõſionẽ prędictorum, volẽs probare contrarium,ne eis noceat? dic ꝙ ſic:vt no.in l.ij. j.ff.ſi ex noxa.cau.aga.patet ergo ꝙ in cauſis interdum præſtatur iuramentũ de calumnia,interdum iuramẽtum veritatis.interdum iuramentũ malitiæ;quod eſt inuẽtũ à canoniſtis.de quo
9 in c.ij.eo.ti.lib.vj.† In gl.ibi.[Item quid ſi aliquis ſe minorem dicens.] ſubaudi cũ cõueniatur ab aliquo tãquam maior: ipſe autem aſſerit ſe minorem,& petit ſibi dari curatorẽ, cum cuius authoritate poſsit eſſe in iudicio:aduerſarius autem contradicat, aſſerens illum eſſe maiorem:& vult litigare cum eo tanquam cum maiore:& petit ne ſibi detur curator : quia per hoc iudex videt declarare ipſum eſſe minorem:& ſic poſtea ſi haberet ſententiam contra ſe , poſſet in integrum reſtitui: intereſt ergo aduerſarij ꝙ nõ detur:quærit gl.vtrũ ſuper illa diſceptatione iureť de calumnia:& gl.tenet & ſic:qm illa diſceptatio dicitur habere inſtantiã. & expectať ꝓnuntiatio iudicis,tanquam ſuper emergenti.iuxta

no.in l.de qua re.ff.de iudi.& ad hoc probandum tendunt ll.alle
gatæ in gl.quę loquunť qñ diſceptať de iuriſditione an ſit iudex
cõpetens,vel nõ nã expectať pronuntiatio iudicis iſta gl.eſt no
tabilis† & bene probat id qđ dixi ſecundũ Bal.in l.j.§.eo. ꝙ qui
libet articulus cauſæ diciť habere propriã inſtantiã,qñ expecta-
tur pronũtiatio iudicis:licet nõ diffinitiua:ſed interlocutoria : &
in ea eſt pręſtandũ iuramentũ de calũnia.vt in hac gl.ergo in ea
eſt dare conteſtationẽ,vel quaſi:quę fit poſt propoſitionẽ vnius
partis,& contradictionẽ alterius. Et ex hoc ſequitur ꝙ ſi petitur
executio inſtrumenti ex forma ſtatuti:licet nõ procedatur ordi
nariè,ſed executiuè:nec detur libellus : nec fiat litis conteſtatio.
ſed ſolũ produciť inſtrumẽtũ:& petitur verbo executioni man-
dare:& partẽ citari ad dicendum cauſam : & quare non debeat
executioni mandari ſi cõparet, & cõtradicit.& cõtradictio vim
conteſtationis habet & ex tunc diciť incipere inſtantia: & debe-
bit iurari de calũnia:& niſi expediať intra tẽpus præfixum à ſta-
tuto,vſq; ad quod inſtantia durat,nõ poterit expediri poſt:licet
nõ expectet ſnia diffinitiua:ſed interlocutoria per hãc gl.notabi
lẽ ſic ſubtiliter inductã.† In gl.ibi.[vel dic iurari de calũnia in fa
cto principali.]s.locuta eſt gl.qñ actor vult ꝙ ꝓnũtieť ſuper di-
cto articulo an ſit maior,vel minor: & an ſit dãdus curator , vel
nõ.ſed gl.vult ꝙ ipſe poſsit dicere dñe iudex ſuper ſedeať in hoc
articulo,ipſe dicit ſe minorẽ : & ego dico ipſum maiorẽ.& ſum
paratus litigare ſecum tanquã cum maiore : rñdeat libello tan-
quã maior,& iuret de calumnia tanquã maior , ſub cõditione ſi
ita eſt ꝙ ſit maior ſi poſtea apparebit minor, damnum erit meũ
quia nõ valebit proceſſus:nec ſententia in mei fauorem , ſi non
apparebit minor,non perdidero tẽpus meũ.Certè iſta gl.vult ꝙ
actor debeat audiri:& ꝙ iudex debet ipſum cõpellere ad litigan
dum cum eo modo prædicto quod eſt valde ſingulare. & non
bene notatũ per Doc.quod tamen videť limitandũ niſi ex aſpe-
ctu iudici appareat contrariũ & ſic debet intelligi qñ res eſt du-
bia vnde põt iudex credere ꝙ actor non ſine cauſa hoc petat:&
velit ſe ſubijcere periculo,ne perdat expenſas & quod ipſe ſciat
veritatem ꝙ eſt maior:tñ fortè pro nunc non põt oſtendere ſed
confidit oſtẽdere in futurũ ſigna bene iſtam gl. quia videtur mi
hi valde ſingularis ita declarata.† In glo.ſuper ver. [ſic & quod
iam ]in prin.ibi.[ſecus in ſacramento teſtis.] ſubaudi quod eſt
verum vt etiã not.ff.de iureiur.ſuper rubrica.Fallit in quibuſdã
caſibus in quibus teſtis iurat de credulitate ſed tunc non eſt pro
prie teſtis vt no.ff.de aqua plu.arc.l.ij.§.Idem Labeo.in gl. & ad
de c.cũ dilecti.de accu.In gl.ibi.[debere inſeri etiam de creduli-
tate ]gl.hoc reprobat ꝙ teneať interſerere ſed quid ſi interſerit.
an vitiet teſtimonium qđ primò protulit de veritate,ſi primò di
xit ita eſſe & poſtea dixit ſe credere ita eſſe:Bal. dicit per hãc gl.
ꝙ non vitiať & ita enim ſentiebant iſti de quibus in gl. aliàs fa-
tuè fuiſſent locuti,& dicit eſſe ſingulare & notãdũ. Adde quod
no.Spec.in tit.de teſte.§.j.ver. Itẽ quod depoſuit de credulitate.
ij Sufficit.† In glo.ibi.[ſed videtur quod non tenetur ad hoc reſpõ
dere cũ nõ iurauerit niſi ſuper tribus.] vult glo. dicere qui iurat
de calumnia iurat tria , primò ꝙ putat ſe fouere iuſtam cauſam.
vt ſ.poſt prin.huius l.et ꝙ non exigat ſuperfluam probationem.
vt in aut.in iſto & ꝙ nihil dedit aut promiſit iudici ꝓ ſnia obti-
nenda.vt in aut.principales.Additur quartũ quod colligitur ex
l.j.ſ.eo.ꝙ nihil facit cauſa differẽdi litem ex quibus quatuor col
liguntur verſus qui ſequuntur in gl.ſi ergo pars aduerſa interro
getur an credat poſitiones veras vel non. videtur ꝙ non teneatur
reſpondere quia hic non promiſit virtute iuramenti,ſ.reſponde-
re an credat,vel nõ credat propter quod quidã dixerunt ꝙ non
debet ita fieri interrogatio an credat eas veras vel nõ; ſed credat
ſuper illis debere fieri ꝓbationẽ,vel non.Et ad hoc vť teneri per
aut.in iſto certè nec ad hoc vť teneri ; quia licet promiſerit non
exigere ſuperfluas probationes ; non tñ promiſit rñdere an cre-
dat probationes debere fieri,vel nõ ſufficit ergo nõ exigat et ſer
uet iuramentũ abſq; eo ꝙ rñdeat glo,dicit ꝙ conſuetudo gñalis
cõtrariũ admiſit ꝙ teneať reſpondere & dico ꝙ iſta conſuetudo
fundatur in aut.in iſto ſi enim non rñdetur , ſi tñ ſciat in mente,
ſcit ꝙ ille poſitiones ſunt veræ tacendo & nõ reſpõdẽdo requi-
reret ſuperfluas probationes:qm̃ altera pars timens non deficere
in probatione adduceret teſtes ad illas probandas & ſic graua-
retur non eſſet ſi iſte reſpondiſſet veritatẽ. Materia ergo interro
gandi & reſpondendi ſumpta eſt ex iſta aut. in iſto ; ſed modus
reſpõdendi credit vel nõ credit,habet ori-
ginẽ ab illo.§.qđ obſeruari:& ex princi.l.ꝙ
iuramẽtũ calũniæ eſt credulitatis, & rñſio-
nes fiũt ſuper illo iuramẽto:& ſic limitãtur
14 ſcđm ipſum. † Sed an iſtud verbũ credo[a]
a habeat vim cõfeſsionis:& ſic ex eo oriatur
actio:ſicut ex cõfeſsione facta in iudicio ꝑ
verba affirmatiua:vt in l.j.j.de cõfeſ. Bald.
hic notabiliter vť tenere ꝙ nõ.dicẽs ꝙ ma-
gis releuet ab onere ꝓbandi quã ꝙ vim cõfeſsionis habet. certè
etiã cõfeſsio releuat ab onere ꝓbandi:& nõ eſt propriè proba-
tio:vt no.Io.An.ſuper rub.de ꝓba.& ꝓbať in l.Publia.§.fina.ff.
depoſiti.videť ergo dicẽdũ ꝙ habeat vim cõfeſsiõis factæ in iu
dicio:& ſic oriatur actio ꝙ de directo confitetur debitũ,vt ſi ſit
mihi poſitio.pono ꝙ teneris mihi in centũ.nam dicis credo : illa
eſt confeſsio iudicialis.ſicut ſi diceres fateor hoc eſſe verum:ſed
poſitiones nõ ſic fiunt.ſ.ſuper iure debiti:ſed ſuper his quæ conſi
ſtunt in facto.puta pono ꝙ tali die & tali menſe mutuaui tibi x.
Item ꝙ ꝓmiſiſti mihi reddere:licet dicas credo , nõ oritur actio:
nam non eſt ſuper debito.nam iſta poſſunt ſimul ſtare ꝙ iſta ſint
vera,& tamen mihi non teneris:quia reſtituiſti : vel feci tibi pa-
ctum de non petendo , vel præſcripſiſti: & iſta dant intelligere
iſtum articulum melius quàm declaret Bal.intentio tamẽ mea
eſſet fundata:niſi tu ꝓbares exceptiões.ſed primo caſu qñ pono
ꝙ teneris mihi in centũ,ſi tu dicas credo,oẽm exceptionẽ exclu
dis:quia ſi aliquã haberes,nõ teneris cũ effectu:& illud verbum
credit cũ effectu intelligitur:vt in l.creditores.de verb.ſigni.& l.
15 eũ qui.§.j.vel ij.de ff.iureiu.† In gl.ibi.[Itẽ quid ſi ita.]dicit poſt-
quã gl.ſupra poſuit & determinauit de calũnia,teneť rñdere po-
ſitiõibus partis aduerſæ per verbũ credit,vel nõ credit,ſecundũ
gñalẽ cõſuetudinẽ quæ habuit originẽ ab iſtis text.hic vſq; in fi.
gl.ponit aliquos caſus fallentiæ:in quibus rñdere nõ tenetur per
verbũ credit,vel nõ credit:& iſta gl.nõ reperitur alibi in iure ci-
uili : & ſemper ad eam recurritur in materia poſitionum.Et eſt
aduertendũ quod licet in iſtis caſibus & quibuſdã alijs quos ad-
dunt Docto.nõ teneať quis reſpõdere:ſi tamẽ ſponte reſpõdet,
valet reſpõſio & cõfeſsio:ita determinat Spe.in tit.de poſitioni-
bus.§.vj.poſt prin.Sed in cõtrariũ facit l.maritus.ff.de quæſtio-
ni,vbi qui nõ debet torqueri;tortus & cõfeſſus nõ facit præiudi
cium ſibi:ſed dic ꝙ tunc ideo quia nõ ſponte confiteť,ſed metu
tormẽtorum;nos loquimur in eo qui ſpõte: & ideo ſi cõpellereť
per iudicem de facto,poſſet dici contrariũ eius quod dicit Spe.
per illam l.maritus.ad hoc tamen vt videatur coactus rñdere,op
ponat exceptionẽꝙ reſpõdere non tenetur.aliàs licet iudex iu-
beat ſibi ꝙ reſpondeat,non videtur coactus reſpõdere.per l.ait
prætor.§.permittitur.ff.de min,& per l.ij.in prin.de iudi.Primus
ergo caſus eſt qñ poſitio continet aliquid quod nõ cadit in ſciẽ-
tia interrogati;quia nõ conſiſtit in facto ſuo;ſed in caſu fortuito.
puta an Titius qui eſt vltra mare,ſit mortuus,vel non;& de hoc
loquitur iſte ver.vſq; ad ver.[Item non ad ea.] vel cõſiſtit in fa-
cto alieno.vt in ver.[Item nõ de facto alieno.]qui caſus licet gl.
ponat eos ſeparatos tamen ad idem tendunt:& tunc glo.dicit ꝙ
poteſt reſpondere:dubito;nec iudex debet ipſos compellere vl-
terius reſpondere:licet quidam imperiti contrarium faciant : &
tunc gloſſ.dat conſilium quòd reſpondeat præmiſſa negatione:
quia tunc non videbitur fateri,vel negare:ſed illud conſiliũ eſt
fruſtratorium;quia iudex non admittit hanc reſponſionem , per
quam aduerſarius nõ releuatur ab onere probãdi:ſicut nec vult
admittere reſpõſionem per verbum dubito: eadem ratione licet
in vtroq; malè faciat, quia deberet admittere: ſi tamen eſſet tale
quid,de quo dato termino poſſet informari de veritate, daretur
terminus ad deliberate reſpõdendum per verbum credit,vel nõ
credit:quo elapſo iudex poſſet ipſum compellere ad ſic reſpon-
dendum per l.iuſiuran.& ad pecunias.§.j.ff.de iureiuran.& hoc
poſſet eſſe etiam ſi poſitio aliquid cõtineret de facto ſuo, ſ.reſpõ
deat.quod tamen eſſet de longinquo tempore ; vnde iſte poſſet
habere ignorantiam.arg.l.peregrè.ff.de acquir.poſſ.vel eſſet pa-
ctum intricatum:vt l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. nam per dili-
gentem inquiſitionem poterit ad notitiam peruenire ; ideo tunc
dabitur ſibi terminus.facit quod no.in l.ſi res obligata.ff.de le.j.
per Bar.& prædicta qñ incertitudo prouenit ex parte habentis
reſpõdere,& ex qualitate rei contentæ in poſitione. ſi verò pre-

a ¶ Verbũ credo. Adde ꝙ verbũ credo eſt verbũ dubitatiuũ,et regulariter nõ ꝓbat ſecundũ gl.& Doct. in l.teſtiũ.C.de teſti. gloſ.in l.ij.in §.pe.& ibi Barto.ff.de aqua plu.ar.gl.& Doc.in in c.quoties.de teſti.

2 ℭPupillus potuit fa cere teſtamentū. Adde an pupillus doli capax. & proximus pubertati poſsit teſtari ad pias cauſas vide per Phi de Frāchis in rubri. de teſt. in vj.

cederet ex parte interrogātis, vel ponentis
ꝙ interrogatio vel poſitio eſſet obſcura, &
poſſet multis modis intelligi: tunc nō cogi-
tur reſpōdere niſi prius declaretur qualiter
ipſam intelligat: vt in l. certum. in prin. ff. de
cōfeſ. Secundus caſus eſt: qn̄ poſitio eſt im-
pertinens: quia cōtinet aliquid quod nullo
modo facit ad cauſam: vt ſi peto à te x. quæ
mutuaui. & facio poſitionē quod Rex eſt in Francia: vt in ſimili
no. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. talis namq; poſitio nō debet re
cipi per iudicem: & ſuper ea nō ſunt teſtes examinādi. l. ſi duo. §.
Idem Iulianus. & ibi no. ff. de iureiur. & ibi vide Bar. hoc tamen
verum, ſi nullo modo ad cauſam pertinet: ſecus ſi quoquomodo
poteſt pertinere: vt eſt tex. cum gl. in l. iam nō dubitari. ff. de hær.
inſti. ante fi. in gl. mag. vt ſi facio poſitionem & talis eſt notarius,
ad hūc fi. vt inſtrumētum quod habeo de manu ſua, & ſum pro-
ducturus, fidem faciat. vel ſi ago rei vēdicatione pro dño præſen
ti. & facio poſitionem ꝙ iam ſunt x. anni ꝙ erat dñs illius rei. nā
hoc cōfeſſato præſumor hodie dñs. quia dñium nō mutatur tra-
ctu temporis. licet ſecus in poſſeſsione. vt no. in l. ſiue poſsidetis.
j. de proba. licet ergo prima facie poſitio videatur impetinēs, tñ
quoquomodo facit ad cauſam. Et no. ꝙ licet de iure cōmuni ſit
diſcutiendum ab ipſo principio an poſitiones ſint pertinentes,
vel non: & reijciendæ ſunt impertinentes. vt not. c. cùm contin-
gat. de off. dele. quod fortè ſeruať in romana curia. vbi litigia du
rant perpetua, per ſtatuta tñ terrarū prouidetur (vt lites abbre-
uient) ꝙ admittanť indiſtinctè ſaluo iure impertinētiū & nō ad-
mittēdarum: & ideo tūc in calculo ferendę ſniæ poterit opponi
ꝙ nō debuit tali poſitiōi rñdere: & ꝙ habeať ꝓ nō rñſo: qa neceſ-
ſe habuit rñdere ꝓpter ſtatutū: reſeruato tñ iure ſuo de impertinē
16 tia. †eodē mō ſi teſtis in dicto ſuo aliqd impertinēs dixit, nō ſta-
tur in hoc eius dicto. iuxta no. in d. §. Idē Iul. vbi vide ꝑ Bar. & in
l. momētaneæ. j. qui legi. perſo. & l. ſi quis libertatē. in vlt. gl. ff. de
pe. hære. Tertius caſus eſt. quādo poſitio de qua interrogať, ha-
bet depēdētiā ab illa poſitione negata, vel cōfeſſata. nam poteſt
reſpōdere illa poſitio pēdet, nec teneor aliter reſpondere: quia ſi
reſpōderē aliter quā reſpōderim in prima, eſſem mihiipſi contra
rius: & periurus: vt ſi primò poſui ꝙ Titius fecit teſtamētū: poſt-
ea pono quòd me hæredem inſtituit: ſi primam negaſti, ad ſecun
dam reſpondere non teneris: quia ſi eam cōfitereris, eſſes tibiipſi
contrarius: & periurus: & ſic loquitur gl. de contrarietate ipſius
reſpōdentis: ſed ſi poſitio cōtineret in ſe cōtraria, eſſet repellēda:
& alia ratione nō eſſet ei reſpōdendum per l. primam. j. de furtis
& l. ij. §. ſed ſi alius. ff. quādo appella. ſit. & ſimiliter ſi vna poſitio
cōtrarietur alteri, ambæ eſſent repellendæ: & ponēs eoipſo eſſet
periurus: vt in c. fi. de iureiu. lib. vj. Et ad ſimilitudinē eius quod
dicit gl. dicimus ꝙ nec poſitioni captioſæ reſpōdendū eſt: & di-
citur captioſa qn̄ ad quācūq; partē rñderet, ſe illaquearet, vt in l.
qui iuraſſe. §. ſi pater. cū ibi no. ff. de iureiu. Quartus caſus eſt. qn̄
poſitio eſt iuris & facti: vt ſi pono ꝙ pupillus potuit facere teſta
a mentum' vel ꝙ cōtra minorem nō currit præſcriptio de iure, nō
teneris reſpondere: ſed poteſt dicere iuris eſt per l. ornamento-
rum. de aur. & arg. leg. & poſito ꝙ reſpōdeas aliter quā iuris eſt:
tua reſpōſio nihil operaretur: vt no. Bar. in l. nō fatetur. circa fin.
ff. de confeſ. & etiam hoc verum de iure cōmuni & ſcripto, idem
de iure municipali illius terræ vbi eſt litigium redactum in vo-
lumine ſtatutorum. talia enim iura non ſunt probāda: quia ſunt
notoria: ſed ſi poſitio cōtineret ius cōſuetudinariū, quod eſt pro-
bandum: ſi negatur: tunc bene eſſet ei reſpondendū. Item ſi con-
tineret ius municipale alterius terræ: quia etiam illud probandū.
ſi negatur. idem ſi illius terræ: tamen non erat redactum in volu
mine ſtatutorum: ſed erat aliqua reformatio, quæ adhuc erat in
ea mera communis. talia enim erant producenda, & probanda:
iuxta no. in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & in l. præſcriptione. §. ſi
cōtra ius vel vtil. pub. per doct. & prædicta de iure diſponente,
ſed ſi poſitio continet ius diſpoſitum: puta ſeruitutis realis, perſo
nalis, vel dominium rei tali poſitioni bene eſt reſpondendū: ſed
tunc loquitur iſta glo. Quintus caſus eſt. quando poſitio eſt ne-
gatiua: per rationem quæ ſubijcitur in glo. tamen hodie contra-
rium eſt determinatum, quod admittatur poſitio negatiua: & ſic
ei ſit reſpondendum: quia licet non poſſet probari per teſtes, po
teſt tamen probari per confeſsionem: vt eſt caſus. in c. j. de cōfeſ.
lib. vj. hoc tamen videtur procedere quando parti incūbit onus
probandi negatiuam: quia fundat intētionem ſuam in ea. iuxta
no. per Bar. in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. ſed ſi nō habet neceſſe
probare, vt intētio ſua ſit fundata: videtur impertinens talis poſi
tio negatiua: & ꝙ nō ſit ei reſpōdendū. Pone exēplū. peto à te x.
quæ mutuaui, tu negas me vnquam mutuaſſe: & intētio tua eſt
fundata niſi ꝓbē mutuū: nec habes neceſſe ꝓbare negatiuā: nec
poſſet probari per teſtes: quia non eſt coarctata loco & tempore
vt j. de proba. l. actor. pone ergo ꝙ tu facis poſitionem negatiuā
ꝙ ego tibi nunquā mutuaui, tenebor ne reſpondere ſub iuramē
to de calumnia? puto quòd non. ratione prædicta: quia eſt ſu-
perflua: & per conſequens impertinens. nam & ſuperfluis poſi-
17 tionibus non eſt reſpondendum ſecundùm Bald. hic. †Et no. gl.
inquantum dicit quòd ea ſunt punibilia quæ probabilia: & ꝙ
poſitiones fiunt ad releuandum ponentem ab onere probandi:
& quòd ponens interrogatur an credat poſitiones eſſe veras: ne
ponat eas per calumniam. Tene menti iſta tria. ad quæ iſta gloſ.
18 allegatur. †Qualiter autem dicatur poſitio negatiua? dic hoc
colligi ex effectu, non ex verbis. ideo cautela quavtuntur hodie
procuratores. quia dicunt quòd res eſt abſque eo quòd ita ſcit
credentes, per hoc poſitionem eſſe affirmatiuam; quia per verba
affirmatiua prolata parum prodeſt: quia in effectu eſt negatiua:
& tantum eſt hoc dicere quantum dicere non ita eſt, iuxta nota.
per Barto. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verbo. obligatio. facit l.
ij. §. j. ſi ſer. vendi. cum ibi no. vnde ſi ſtatutum diceret quòd non
admittatur poſitio negatiua. talis poſitio non admitteretur. licet
de iure canonico ſtatutum ſit quòd admittatur. & reſpondeatur
19 ei: vt in dicto capi. primo. de confeſ. libro vj. †Vltimò dubita-
tur. quid ſi ſit aliqua poſitio, cui quis ſemel reſpondit: & nūc ite-
rum ſuper ea interrogatur, an teneatur reſpondere? gloſ. videtur
hic ſentire quòd ſic, quia poterit aliter reſpondere quā prius re-
ſponderit. nec erit periurus: quia reſpondit per verbum credit.
& potuit tūc credere vnum, & nunc aliud ex iuſta cauſa ſuper-
uenīēte. Breuiter poſtquam ſemel reſpōdit, ſi iterum interroga-
tur ſuper eadem poſitiōe, vel fiat alia ſimilis illi, ſeu cōtinens idē
in effectu, poteſt dicere nolo reſpōdere, quia ſemel reſpondi: &
illa interrogatio eſt ſuperflua, ita videť ſentire Bart. in l. ſi duo. §.
Iulianus. circa prin. ff. de iureiu. & ita habeo nūc de facto: quia fa
ctæ ſunt poſt primas poſitiōes quibus erat reſponſum: quædam
aliæ quæ videnť idem cōtinere, & pars recuſauit ei rñdere, nec
iudex eam coegit: ſed ſi ſpōte reſpōdere vult: tūc puto gl. proce
dere: & ꝙ poteſt aliter reſpōdere quā primò, propter iuſtam cau
ſam ſuperuenīētē. ad quod facit tex. ſ. de in integ. reſtit. l. de tute-
la. quod not. Bald. j. de appella. l. ampliorem. §. in refutatorijs. ad
quod vide omnino quod no. Ioan. An. in dicto c. fina. de iureiu.
lib. vj. in nouellis. ſuper verbo poſt iuramentum. ſed ſi nulla cau
ſa iuſta ſuperueniſſet, foret periurus. quia quod ſemel credidit,
hodie debet credere non ſuperueniente noua cauſa. ad quod fa
cit. l. filio. in princip. ſeu in §. j. ff. de adimen. leg. vbi quod quis ſe
mel ſciuit, præſumitur hodie ſcire. Vltra gloſſ. docto. ponunt
alium caſum in quo quis nō tenetur reſpondere, ſcilicet qn̄ poſi
tio eſſet criminoſa, quia ſi reſponderet per verbum credit, dete-
geret crimen ſuū. ꝙ nemo cogiť facere: & de hoc per Canoniſtas
c. dudum. de elec. & Bar. examinat illū articulū hic. & Bal. ibi in
quibuſdam cōtrariať. Adde alium. quādo poſitio cōtineret ali-
quid quod eſſet deciſum per ſniam diffinitiuā. iuxta ea quæ no.
in d. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiu. Adde aliū. ſ. in cauſa cri-
minali. in qua nō reſpōdetur per verbū credit, vel nō credit: ſed
affirmatiuè. de hoc dic per Bar. in l. Marcellus. rerum amotarū.
20 Adde alium. †quādo quis excluſus à probādo per lapſum ter
mini, quia nō poſsit facere poſitionem quam vellet probare per
cōfeſsionē aduerſarij: vt j. de nō nu. pec. l. in contractibus. §. illo.
Cætera circa materiā poſitionum vide per gl. in d. c. j. de confeſ.
lib. vj. & in Spec. de poſitionibus, & Iac. de Aret. fecit ſuper hoc
vnum pulchrum tractatum.

2 ℭ*Triplex practicatica ut iuretur de calumnia, quando cauſa agitatur per procuratorem. & uide nu. 6.*
3 *Si dominus iurauit de calumnia, an etiam eius procurator teneatur iurare?*
4 *Quid ſi eſt procurator in rem ſuam?*
5 *An cedens debeat ipſe interrogari, cùm melius ſciat ueritatem: & an eius reſponſio nocebit aduerſario?*
*Defenſor, an iuret de calumnia?*

§. Sin autem

§. Sinautem. † Si cauſa agitatur per procuratorem, ipſe
dominus principalis debet de calũnia iu-
rare.hoc dicit.& in hoc differt procurator à legitimo adminiſtra
tore.qui iurat,& non dominus:vt ſ.proxi.§. Et not. ꝙ triplex eſt
1 practica.†Prima eſt ꝙ dñs qui totam litem vult agitare per ꝓcu-
ratorem tempore quo conſtituit ipſum ꝓcuratorem apud iudicẽ
loci vbi degit,iuret de calumnia ſuper lite futura per ꝓcuratorẽ
agitãda.ſiue ſit actor,ſiue reus.& iſtam practicam ponit iſte tex.
ꝙ autem poſsit cõſtituere procuratorem ad totam litẽ agitãdam.
ꝓbat hoc in legibus allegatis in gl.j.ſed mirabile eſt qualiter ſuf-
ficiat dñm iurare de calũnia tempore quo cõſtituit ꝓcuratorẽ,cũ
cauſa nõ ſit adhuc cœpta.& tale iuramentum eſt pręſtandũ poſt
quã cœpta eſt,& lis cõteſta.ſ.poſt prin.huius.l. Rñdeo illud qñ
cauſa agitaẽ per ipſos principales,ſed ſi quis vult agitare eam to-
tum per ꝓcuratorem: & ad iudiciũ nũquam venire, põt præſtari
ante ipſam cœptam.vt hic.quidam aũt dicebant ꝙ ipſe priò de-
bet incipere.& de calũnia iurare.& poſtea cõſtituere ꝓcuratorẽ.
& ita intelligebãt iſtũ tex.qñ cõſtitueret ꝓcuratorem poſt lit. cõ
teſt.per eũ.gl.hoc nõ tenet.quia alia iura dicunt ꝙ põt cõſtituere
ꝓcuratorẽ ad totam litẽ.& iſta fuerũt de mẽte gl.j.q̃ ꝓ hoc rema-
net declarata.licet videaẽ obſcura.& Doct.eã nõ declarãt.Secũ-
dus modus practicãdi eſt.ꝙ cõſtituat ꝓcuratorẽ ad totã litem ſi
vult abſq; eo ꝙ ipſe iuret de calũnia.poſtea ꝓcurator incipiet li-
tẽ.& eã cõteſtabit.poſtea dabitur ſibi terminus ad faciendũ dñm
cõparere in iudicio,& ad iurãdũ de calũnia: ſed tũc occurrũt du
bitationes,quid ſi dñs erat abſens in longinquis partibus? quidã
dicit ꝙ dabiẽ curator bonis:qui iurabit de calũnia: tanquã legiti
mus adminiſtrator. Bar.hoc impugnat.& dicit ꝙ tũc in ſubſidiũ
ipſe procurator iurabit.ar.in l.j.ff.de inſti.& ſi altera pars cõtẽta
tur ꝙ procurator iuret,etiam ſi poſſet haberi copia domini de fa-
cili,poterit procurator iurare:ita colligitur ex no.in l.non ſolũ.in
prin.ff.de proc.quinimò etiam interdum altera parte inuita , qñ
talis procurator præciſè compellitur litigare: quia poterit etiam
de calumnia iurare.vt etiam colligiẽ ex ibi no. Vnum eſt quod
facit dubium:quia ſecundũ iſtam practicam ſi comparet in iudi-
cio ꝓcurator de cuius mandato dubitatur,leges dicunt ꝙ debet
admitti cũ cautione rati:ſed ad quid ꝑ̃ſtabitur illa cautio, ſi poſt
lit.conteſt.incontinẽti habet neceſſe facere dominũ comparere.
& de calũnia iurare? Nam per hoc ratificabit geſta:& ſic iſta cau
tio rati nunquã põt admitti.ad quid ergo ſuperfluo præſtaẽ? &
tñ iſta lex.j.in §.hoc etiam dicit eam pręſtãdã.iſtud eſt quod not.
gl.in prin.& nõ rñdet,ſed remittit ad no.ĩ l.Põponius.§. ſed &
ſi.ff.de ꝓcu.dic propter geſta.ante lit.cõteſt.quæ dñs poteſt non
ratificare,licet ratificet gerenda.l.Iul.qui ſatiſd.cog. & in illis cõ
mittetẽ ſtipulatio.vel fortè pars altera nõ exiget iuramentum de
calũnia,vel nõ iurabit ꝙ dominus compareat de iure. & tũc cau
tio nõ erit inutilis. Datur tertius modus. & iſte practicaẽ,ꝙ dñs
conſtituat ꝓcuratorem cum ſpeciali mandato ad iurandum de
calumnia:& iſtud hodie probatur:licet olim de hoc dubitaretur
in c.ij.eo.tit.lib.vj.& dicit Bart.ꝙ debet habere ſpeciale & ſingu
lare in tali cauſa,vt debeat iurare in animam domini:nec ſuffice-
ret habere mandatum in gñe ad iurandum in omni cauſa &c. quia
illa generalitas intelligereẽ de cauſis iuſtis. & ſic ſi ſumeret cauſam
iniuſtam,& iuraret in animam dñi,non faceret dñm in periuriũ
incidere.quę verba perpetuò tene menti.Et per ea poteris infrin
gere multos proceſſus:quia vt plurimum procuratores conſti-
tuuntur generaliter ad lites & cauſas. & nõ ſpecificantur cauſæ
cum mandato de iureiu.de calumnia:ſi virtute talis mandati iu-
ratur,habetur pro non iurato:quia non eſt ſufficiens:ſed ſi pars ad-
uerſa petijt iurari, & non fuit iuratum vt debuit , proceſſus erit
nullus.vt not.j.proxi.§.Tene menti perpetuò.orbaſta.In gl.j.ibi.
[ videtur quod ad lit.conteſt. ] ſ.per hunc.§.qui vult quòd iure-
tur de calumnia per dominum tempore qui conſtituitur procu-
rator:quia cum ſit præſtandum poſt lit.conteſt. videtur debere
intelligi qñ lis per prius fuerit conteſtata per dominum:non tamẽ
erat iuratum de calumnia:ergo non poteſt conſtitui procurator
ad conteſtandum:neq; ad interrogationes quæ fiunt ante lit.cõ-
teſt.& ſic non poteſt inſtitui ad totam cauſam.gl.tamẽ dicit con
trarium.ſed non rñdet ad oppoſitionem.tu rñde. vt ſ.dixi.In gl.
ſeq.in princ.notandum ꝙ gl.præſupponit aliam practicam quã
ponit tex.ſ.ꝙ nõ iuretur per dñm de calumnia tempore quo cõ-
ſtituit ꝓcuratorẽ:& ꝙ fiat cõteſtatio per ꝓcuratorem:& ꝙ poſt-
ea faciat dñm comparere,& iuuare de calũnia:vel quod mittaẽ
ad eũ,& iuret corã iudice loci vbi eſt:vt ea.l.ſeq. §. hoc etiã. hoc
præſuppoſito videtur ꝙ cautio rati non ſit pręſtãda eo caſu quo
de mandato talis procuratoris dubiteẽ:quia cũ lite conteſt. non
procedatur ad vlteriora prius quã per dñm fuerit iuratum, ſi iu-
retur:videtur dñm ratificare geſta & gerenda per procuratorẽ:
& ſic cautio rati nunquàm committitur:quia committitur ſi nõ
habetur ratum propter proceſſum factum.gl.tamen dicit quòd
imò etiam præſtatur talis cautio.vt in d.§.hoc etiã. ad contrariũ
3 reſponde.vt ſ.dixi.licet gl.non reſpondeat.† In gl.ibi. [ Reſpon
deo.iudex cum cautela &c. ] Dic hoc eſt truffa.vnde dic ꝙ licet
iuramentum de calumnia quod habet ſolennizare proceſſum,
debeat præſtari per dñm:attamen etiam ipſe procurator iurabit
de calumnia ſua:non tñ iſtud iuramentum pertinet ad ſolennita
tem:vt ſi admittatur cũ fuerit petitum,vitietur proceſſus:ſicut vi
tiaretur qñ non præſtaretur per dñm.vt j.e.§.ſed quia veremur,
ſed quia pertinet ad obuiandũ ſuæ calumniæ ſeu malitiæ . vt eſt
caſus.in c.ij.§.j.extra eo.tit.lib.vj.& probatur in l. qui bona. §. ſi
alieno.ff.de dam.infec.alleg.in fi.gloſſ.ſed ſi procurator habens
ſpeciale mãdatũ à dño præſtitit primum iuramentũ in animam
dñi:an teneatur etiã præſtare per ſe in animã ſuã , ſicut ſi primũ
fuiſſet præſtitũ per dñm? quidam ꝙ non.mihi videẽ contrarium
eadẽ ratione.& ſic iurat in animã dñi,& in animã ſuam.propter
4 hoc qđ gl.h.d.† In gl.ibi. [ ſed Placẽtinus diſtinguebat. ] hęc di
ſtinctio nõ placet:quia ſiue ꝓcurator in rem ſuã intẽtet vtilẽ ſuo
noĩe,ſiue exercitiũ directæ noĩe dñi cedentis,ſemper litigat ad
ſuũ cõmodũ,vel incõmodũ.ergo ipſe reputaẽ principalis dñs li-
tis.& ſic ad ipſum pertinet hoc iuramentũ præſtare : ſi tñ cõmo-
dũ eſſet reuerſurũ ad dñm,poſſet ꝓcedere qđ j. ſubijciẽ ſecũdũ
5 Roge.† Item ſi queraẽ an dñs.i.cedẽs debeat interrogari ex eo ꝙ
melius ſciat veritatẽ.ſimiliter debet diſtingui:an ad ipſum ſit cõ
modum reuerſurũ.& tũc põt interrogari:quia tũc eius rñſio no-
cebit ceſsionario.& per cõſequẽs ſibi,ſed ſi nõ eſſet ad eũ reuer-
ſurũ.ſecus per ea quæ no.in l.fi.ſ.de procu.& Bar.in l. facta. §. ſi
hæres.ff.ad trebel. In gl. ibi. [ ſi autẽ non eſt in rem ſuam. ] Dic
ſ.gl.eſt locuta in procuratore actoris.hic loquitur in defenſione
rei:qui aliqñ defendit cũ mandato.& tũc dicitur procurator.ali-
quãdo ſine,& tũc dicitur ſimplex defenſor.& notandum ꝙ hoc
ſecũdo caſu ipſe ſatiſdat de iudicato ſoluendo:& ſi feraẽ ſenten-
tia cõtra eũ,mittitur executioni in bonis ſuis:nec recuperat à do
mino.niſi ꝓbet ꝙ dñs verè erat obligatus,& ſic eũ liberauit. In
primo verò caſu ſi dñs nõ releuauit ipſum à ſatiſdatione iudica-
tum ſolui.ſimiliter habet ipſe procurator neceſſe ſatiſdare ſi vult
admitti:quia nemo idoneus defenſor eſt etiã cũ mandato niſi ſa
tiſdet.l.minor.in fi.ff.de procu.& ſic poteſt conueniri ex ſua ſa-
tiſdatione.tamen recuperat à dño:abſque eo quòd aliter probet
ipſum dñm fuiſſe obligatũ: ſed ſi dñs releuauerit ( vt moris eſt )
in inſtrumento procuratoris. ſatiſdando de iudicato ſoluendo
pro ipſo:prout habetur inſti.de ſatiſda.§.ſi verò aliquis. tunc ſen
tentia non poteſt mitti executioni contra procuratorem. eſt er-
go quæſtio cum primis caſibus talis defenſor ſubire poſsit peri-
culum,& litigare ad ſuum incõmodum, an ipſe debeat de calũ-
nia iurare,tanquam dñs litis:& plenius quàm gl.dic ꝙ in primo
caſu quando ſine mandato ſit:ſiue ſuſcipiat in ſe iudicium ani-
mo nouandi nolente actore,ſiue nõ.propter præiudiciũ:de quo
ſ.ſimiliter in ſecũdo qñ pro ſeipſo ſatiſdedit: quia poteſt recipe-
re periculum ſi dominus non eſſet ſoluendo : in vltimo caſu qñ
dominus ſatiſdedit ſecus.Cætera dic vt in l.quam gloſſ. allegat.
6 Sufficit. † In fine glo.ibi. [ ſed ibi eſt ſpeciale. ] Tu dic quòd
ibi loquitur de iuramento calumniæ inuento per hanc l. ad ſo-
lennizandum iudicium:quia iſtud non præſtatur per procura-
torem:ſed per dominum:vt hic, ſed loquitur in alio inuento per
iura vetera.quod pluries præſtabatur in cauſa ad remouendum
calumnias:& illud poterat præſtari etiam per procuratorem ad
excludendum calumniam ſuam.

AVTHENTICA.

1 PRincipales. † Iſta auẽ.tãgit quaſi omnes par-
tes huius legis : quia primò po-
nit quando principales perſonæ litigant per ſeipſas: &
tunc ipſi habent neceſſe iurare. Secundò addit vnũ ad
l. C.& ad auẽ.in iſto quòd continetur ſub iuramento calumniæ.
ſcilicet ꝙ nec dederunt , nec promiſerunt aliquid pro ſententia

2 ¶Appellatione perſonæ. Adde c.roma. in §.vniuerſitatem.d ſen.excõ.lib.vj.Ioã. An.in c.cum illis.de præbẽ.li.vj.in nouella.Bald.in auth.Item quæcunq̃.C.de epi. & cleri.

obtinenda:exceptis perſonis de quibus in
text. Tertio ponit quid iuris quãdo partes
litigant per procuratorem: & ipſæ ſunt ab-
ſentes: & procurator conteſtatus eſt litem:
& eſt neceſſe ꝙ dominus iuret de calum-
nia.quia mittitur ad eũ ſi non poteſt com-
parere perſonaliter ad iurandum. vel ſi eſt
mulier:aliàs cõpelletur venire. ſi iudici vi-
debitur: poſtea ponit de pœna nolentium iurare. de qua in §.qđ
ſi actor. vnde melius legeret̃ iſta auth.poſt illum §.& not.in ver-
bo per ſententiam.pro glo.quæ eſt in §.quod ſi actor.quod pœ-
nam illius.§.non patitur ipſo iure per ſententiam. Vltimò ponit
qñ litigat̃ ꝑ legitimos adminiſtratores:de qbus ĩ §.qđ obſeruari.

*1 ☞ Poteſt quis renuntiare fauori in eius fauorem introducto, ſecus ſi ob publicam utilitatem introductum eſt.*
*3 Clerici quando teneantur iurare de calumnia?*
*4 Sacramentum teſtis, an poſſit remitti?*

## §.Sed quia.

Iſte §.eſt quædam interpoſitio inter præce-
dentia & ſequentia quæ deberent continua
ri.cùm in §.præcedenti loquitur quãdo litigatur per procurato-
rem, de cuius mandato certum eſt:in ſequenti verò quando erat
dubium.ſed in hoc §.interponitur vnũ diuerſum à prædicta ma
1 teria.†ꝙ hoc iuramentum non poteſt remitti per partes, cũ ſit in-
2 uentum ob publicam vtilitatem.†quod not.ad materiam.l.ſi qs
in conſcribẽdo ſuprà, de pact.vbi poteſt quis renũtiare iuri ſuo.
quod eſt verum quando merè in ſui fauorem inuẽtum eſt ſecus
ſi etiam ob publicam vtilitatem:vt ſunt ſolennitates iudiciorum.
puta ꝙ detur libellus:vt in auth.auferatur infrà, de lit. conteſta.
Item ꝙ lis conteſtetur:vt in eodem tit.& ꝙ iuretur de calumnia.
& iſta non poſſunt per partes remitti:vt not.in c.de cauſis.de of-
fic.delega.& not.ꝙ poteſt intelligi duobus modis. Primò, quãdo
ambæ partes inuicem ſibi remittunt expreſsè:& tũc remiſsio nõ
valet:quominus iudex ex officio poſsit ipſas compellere ad iurã
dũ:prout in ſimili.ff.de poſth.l.quos prohibet.ſed ſi iudex ſe nõ
intromittit, & partes perſiſterem in eadem remiſsione non exi-
gendo alter ab altero, non vitiaretur proceſſus. Secundò poteſt
intelligi quando altera pars remiſit alteri, & nõ econuerſo: & tũc
non valet remiſsio:quominus ea etiam nõ obſtante poſsit pete-
re quod iuretur:& ſi petat, & non iuretur:non valebit proceſſus:
ſi nõ petat, non vitiatur proceſſus:quia non eſt de ſubſtantia iu-
dicij:niſi fuerit petitum. poteſt enim omitti. licet non remitti. vt
in c.j.eod.tit.lib.vj.licet Barto.in §.quod obſeruari. videatur di-
cere propter hoc quod non vitiatur proceſſus. quòd non poteſt
eſſe de ſubſtantia iudicij, vel de ſolẽnitate.certè verum e[ſt] quòd
non eſt de ſubſtantia ſi non petatur:ſed ſi petitur, bene eſt de ſub
ſtantia & ſolennitate:ſed quid ſi partes nõ petunt:ſed iudex mã-
det ꝙ iuret:& nõ iuretur.puto proceſſum nõ vitiari.quia exactio
debet fieri apertè:vt ſit de ſubſtantia. In gloſſ.mag.ibi.[ ſed Azo
dixit etiam tacitè non poſſe remitti. ]hoc placet.nã nec expreſsè
nec tacitè remitti poteſt, ſed poteſt omitti.quod eſt diuerſum à re
3 miſsione.†In gl.ibi.[ Item quid de clericis? ] quicquid dicat gloſ.
dic ꝙ clerici coram iudicibus eorum quãdo agitur de re peculia-
ri vel prophana, ita iurant ſicut & laici:vt in toto ti.extra de iura.
calum. Si verò agitur de cauſa ſpirituali:vt de titu.beneficij, ſiue
decimarum, tunc in illis cauſis non ſeruatur ordo iudiciarius:qa
nõ requiritur datio libelli:nec lit.conteſt.ſimiliter nec requireba
tur olim iuramentum de calumnia, quod pertinebat ad ſolenni-
tatem.de qua loquitur iſta lex.ſed præſtabatur iuramentũ de ve-
ritate dicenda:quod pertinebat ad ſolennitatem.hodie licet non
requirat̃ libellus.vel lit.conteſt.vt in cle.diſpẽdioſam.de iudi.be
ne tamen præſtat̃ iuramentum de calum.vt in c.j.eod.titu.lib.vj.
4 †In gloſſ.ibi.[ Item ſacramẽtum teſtis. ]puto etiam expreſsè re-
mitti.dic de hoc eſt caſus.in c.tuis extra de teſt.& vide quod no.
Bar.in l.poſt legatum.de fal.an teſtis qui non iurauit, ſi ferat fal-
ſum teſtimoniũ, cõmittat falſum.poſtquàm iuramentũ teſtis nõ
eſt de ſubſtantia teſtimonij.quia ſi eſſet, non poſſet remitti.

*1 ☞ Quòd etiam ſecundũ iſtam legem præſtetur cautio rati, quando dubitatur de manda to procuratoris: licet uideatur nunquam poſſe committi.*
*Procurator ſi plenè probat de mandato, non eſt neceſſaria cautio rati. & ſi nullo modo probaret, non admittitur etiam cum cautione rati: niſi ſit coniuncta perſona.*
*3 Per cautionem rati firmatur & legitimatur perſona procuratoris, ſicut per oſtenſionẽ mandati: & quis ſit effectus.*
*4 Perſonæ appellatione non continetur uniuerſitas, quæ dicitur perſona ficta.*
*5 In cauſa uniuerſitatis admittitur quis cum cautione rati: ſicut in cauſa priuatorum.*

## §.Hoc etiam.

1 † Qui admittitur cum cautione rati, nõ
poterit in cauſa procedere:niſi poſt li.cõ
2 teſt.faciat dominum de calumnia iurare.hoc dicit. † Et ſic pate[t]
ꝙ etiam ſecundùm iſtam legem præſtat̃ cautio rati, quando du-
bitatur de mandato:licet videatur eã nõ poſſe vnquam commi[t]
ti:ex quo neceſſe habet facere principalem de calũnia iurare. de-
clara vt dixi in §.ſi autem abſuerit. In text. ibi. [ nullo mandato
prolato. ] id eſt, inſtrumento mandati: quod plenè ꝓbaret. vnde
non eſſet neceſſaria cautio rati, ꝓbauit tamẽ ſemiplenè: ideo fuit
admiſſus cum cautione rati vt ſequatur:quia diceret̃ eſſe dubiũ
de mãdato:ſed ſi nullo mõ probaſſet, nullo modo diceret̃ dubiũ
imò certum de non mandato. & non admitteret̃ etiam cum cau-
tione rati:niſi eſſet coniuncta perſona:quod dic vt plenè not.in
3 l.j.§.de proc.† In text.ibi.ſuam perſonam firmauerit. ]No.ꝙ per
cautionem rati firmat̃ & legitimatur perſona ꝓcuratoris: ſicut p[er]
oſtenſionem mãdati.& effectus huius eſt:quia poſtea non audie-
tur aduerſarius, dicens ipſum non habere mandatum, & non de-
bere admitti niſi mandatum oſtẽdat: niſi ipſe aduerſarius hoc al-
legans vellet probare ꝙ mandatum non habeat.quia tantùm va
let cauiſſe de rato, quantùm mandatum oſtendiſſe, ad hoc vt iu-
dicium non differatur.lata verò ſententia neceſſe habet procura-
tor mandatum oſtendere:quæ omnia dic, vt dixi in l.j.de procu.
4 & not.in l.inter quos.§.alieno.ff.de dãno infect.† In tex.ibi.[ ſiue
pro vna perſona. ]Not.hic iuncto text.ſe ꝙ appellatione perſo-
2 næ non continetur vniuerſitas. quæ dicitur perſona ficta & re-
præſentata. vt in l.mortuo.ff.de fideiuſ. quia hic ponuntur vt di-
uerſæ.ideo notarij dicunt in inſtrumento mandati contra quãli-
bet perſonam, collegium, vel vniuerſitatem. Nam ſi dicerent ſo-
lùm contra quãlibet perſonam, non videtur ꝙ poſſet agere con-
tra vniuerſitatem.contrarium videtur ſentire Cy. in l.metum [illegible]
animaduertendum.ff.quod met.cauſ.ſed primam partem vide[tur]
tenere Cy.infrà, ad Treb.ſuper Rub.& adde quod not. Ioã.An.
5 in cap.ij.de reſcrip.lib.vj.in nouella ſuper gloſſ.vlti.†Not. etiam
hic quòd in cauſa vniuerſitatis admittitur quis cum cautione ra-
ti.ſicut in cauſa priuatorum. In text.ibi. [ faciat perſonas princi-
pales. ]ſcilicet expenſis ſuis, non aduerſarij. vt l.ij.in fi.ff.quibus
ex cauſ.poſſ.ea.& in Specu.de iura calum.§.reſtat. in fi. vel dic
quòd faciat ipſum principalem comparere: ſi poteſt commodè
niſi ſit mulier.& hoc addit authen. principales. quæ videtur re-
ſtringere iſtum tex. dum hic dicitur quòd mittitur ad abſentem,
quando ipſe abſens commodè comparere non poteſt.

*1 ☞ Vbicunque quis habetur pro confeſſo, an adhuc requiratur ſententia cõdemnatoria?*
*3 An quis poſſit renuntiare inſtantiæ ſaluo iure ſuo?*
*4 Propter contumaciam in non comparendo, an poſſit quis cadere à iure ſuo?*
*5 Interrogatus ſi reſpondere recuſat, qua pœna puniatur: & quid ſi recuſat reſpondere li- bello, & quid ſi poſitionibus?*
*6 Si actor cadat ab actione ex eo quòd recuſat ſubire iuramentum calumniæ, uel reus ha- beatur pro confeſſo, & propter hoc feratur contra eum ſententia, an potuit ap- pellare?*
*7 Statutum quòd in cauſa criminali contumax ponatur in banno, & habeatur pro confeſ- ſo, & poſſit condemnari de crimine, an ſi fuit condemnatus, poſſit appellare?*
*8 Quando ex tenore libelli apparet aliquid contra ipſum actorem, propter quod reus de- beret abſolui, licet reus uerè uel fictè confiteatur contenta in libello, non debet con- demnari: ſed abſolui.*
*9 Bannitus licet ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo, non tamen ſequitur ꝙ ſemper ſit condemnandus ſi ex defectu inquiſitionis uel eius formæ ueniret abſoluendus.*

## §.Quòd ſi actor.

1 † Actor nolens iurare de calum-
nia cadit ab actione: reus ve[rò]
habetur pro confeſſo.hoc dicit.vſq; ad ver.ſic enim. cõcordat
ſi.in fi.extra eod.& de materia huius.§.habetur in Spe.cod. ti.[illegible]
ſi. In text.ibi. [ noluerit ſubire. ]ſubaudi cum eſſet iuſſus à iudi[ce]
iurare cum termino ſibi ſtatuto.argumen.eorum quæ not. Inno.
in cap.extirpandæ.de præbend.quando dicatur commiſſum [illegible]
lictum negotium.& not.in l.j.infrà, de his quibus vt indig. In
text.ibi. [ triſtitia iudicum. ] hoc dicit.quia iudex ipſum triſtem
2 facit pronuntiando contra eum.† in text.ibi. [ & liceat iudici ſen-
tentiam proferre. ] licet ergo habeatur reus pro confeſſo: adhuc
tamen requiritur ſententia condemnatoria:vt hic patet:& ſi hoc
eſt in reo, potius debet eſſe in actore. vt requiratur ſentẽtia priua-
toria.quod tenet hic gl.& antequã ſententia ſit lata, ſi ille qui re-
cuſauit decederet.hęc pœna nõ trãſmitteret̃ cõtra hęredẽ eius
vt poſſet hæres rei condemnari virtute dictæ tacitæ vel fictæ
confeſsionis

confeſſionis:nec etiam hæres actoris repelli à iudicio. caſus eſt
ſingularis.in l.eius qui delatorem.quam perpetuò tene menti.nã
dicit hîc Bartol.quòd illa fuit prima lex quæ fecerat ſibi hono-
rem in ciuitate Peruſij. cum ipſe ad hoc eam allegauerit: & nul-
lus alius prius perpenderat.& idem vbicunque quis ex diſpoſi
tione legis vel ſtatuti propter contumaciam habeť pro confeſſo.
vt hæc pœna ad hæredem non tranſeat ante latam ſententiã diſ-
finitiuam,vt ſi in criminali cauſa ex forma ſtatuti bannitus habe
tur pro confeſſo.& poteſt condemnari. Tene menti. In gloſſ.j.in
princ.ibi.[ ſed per ſententiam. ]ſubaudi priuatoriam iuris ſui.vl'
dic abſolutoriam: quia iudex abſoluet reum à petitione actoris,
ac ſi actor non foueret ius.ſed quid ſi reum condemnat actori,
qui recuſauerat iurare? Rñdeo, valet condẽnatio:niſi per prius
pronuntiaſſet actorem cecidiſſe à iure ſuo ſecundùm Baldum.
ſed ſi hic pronuntiaſſet non valeret: quia eſſet contraria præce-
denti ſententiæ.vt l.j.infrà,quãdo ꝓuo. non eſt neceſſ.poteſt au-
tem iudex virtute eiuſdem proceſſus pronuntiare actorem ceci-
diſſe à iure ſuo,ſine alia petitione rei per modum libelli, & noui
iudicij.ſufficit enim petitio verbalis.& hoc vult Cynus.hîc. Sed
quid ſi antequam ſententia feratur actor pœnitentia ductus vult
iurare? dicunt Docto.quòd admittitur ad purgandum moram ſi
res eſt integra:& ius rei non eſt effectum deterius.argu.in l. alia.
j.de his quibus vt indig.& quod no.in l.criminali.j.de iuriſd.om.
iudi.nam hoc videtur regulare in pœnis legalibus: vt euitentur
per deſiſtentiam vel purgationem moræ ante ſententiam. l.qui
3 cum maior.§.accuſaſſe.ff.de bo.libe.† In gloſſ.ibi.[ cùm fortè no-
lit cauſam proſequi. ]expone.id eſt,inſtãtiam. & vult dicere glo.
quòd ſi ſibi eſt licitum renuntiare inſtantiæ ſaluo iure ſuo:vide-
tur etiam licitum recuſare,& iuramentum præſtare.Quare ergo
patitur hanc pœnam? gloſſ.d.quòd hodie non eſt ſibi licitum re-
nuntiare inſtantiæ ſaluo iure ſuo.imò tenetur vel proſequi vſq;
ad ſententiam,vel renuntiare liti & cauſæ. vt in authentic. qui
ſemel.quomodo & quando iudex. Meritò ergo ſi recuſat iura-
re,patitur hanc pœnam:ac ſi renuntiaret liti & cauſæ,poſtquàm
non facit id quod eſt neceſſarium ad expeditionem cauſæ:certè
hoc non erat ſtatutum iure iſto, & ſic adhuc remanet contra-
rium gloſſ.ſed dic quòd aliud eſt expreſsè renuntiare inſtantiæ:
quia tunc ſoluit expenſas. aliud eſt recuſare iuramẽtum præſta-
4 re,& velle ꝓſequi.quia tunc puniť:vt hic.† In gloſſ.ibi.[ Solu.ibi
de abſente.] Dic quòd ibi in eo qui eſt contumax in non compa
rendo.qui ꝓpter hoc nõ cadit à iure ſuo.hic in non iurando,quæ
contumacia reputatur maior. aliquando etiam prima contuma-
cia facit quem cadere à iure ſuo. vt in caſu. l.locorum.infrà: de
omni agro deſer.lib.xj.& in alio ff.de iure fiſ.l.ſecũda.§. ſenatus.
5 † Sed hic quæritur.quid i eo qui recuſat rñdere interrogatus, qua
pœna puniatur? iſta enim ſunt diuerſa recuſare iurare: & recuſa-
re reſpondere.Breuiter dic ꝙ aut quis recuſat reſpondere inter-
rogationibus quæ fiunt ante lit.conteſt. ad præparationem iudi-
cij.de quibus lſ in ti.de interro.act.& tunc erat prouiſum per l.
illum ita ꝙ haberetur pro confeſſo.vel pro negante: prout ſibi dã-
noſius eſt,& vtilius interroganti.vt in l.de ætate.§.qui tacuit. cũ
ſeq. eod.tit.& idem ſi reſpondet:ſed nõ ad ꝓpoſitum. vel non
clare vt ibi patet. Aut recuſat reſpondere libello.& ſic litem con
teſtari,& non erat prouiſum olim, vel etiam hodie, ꝙ habeať ꝓ
confeſſo:imò proceditur cõtra eum tanquam contra contuma-
cem admiſsionem ex primo vel ſecundo decreto.vel etiam cogi
tur præciſè captis pignoribus,vel mulcta indicta.vt in l.j.§.quid
ergo.ff.de ven.inſpi.& quod no.in authẽti.qui ſemel. quomodo
& qñ iud.in gl.interdum recuſat rñdere poſitionibus quæ fiunt
poſt lit.conteſt.ad releuandum ponẽtem ab onere probãdi; & tũc
olim fuit magna dubitatio:vt refert hic Cy.tamen hodie eſt hoc
expeditum per c.ij.de confeſ.ꝙ habeať pro cõfeſsione illa poſi-
tio cui recuſauit reſpõdere:concurrentibus tamẽ tribus,vel qua-
tuor.l.ꝙ fuerit iuſſus reſpõdere per iudicem: & quod ipſe iuſſus
fuerit præſens:& ꝙ ſine iuſta cauſa recuſauerit.& ꝙ iam præſti-
terit iuramentum de calumnia.& altero deficiente ſecus. Vnde
ſi ante iuſſum ſe abſentauit,licet iudex faciat eũ citari, vt veniat
ad reſpondẽdum poſitionibus,& ipſe nõ compareat; nõ poteſt
iudex pronũtiare eas haberi pro confeſſatis;vt eſt ibi caſus. Spe.
ti. in tit.de poſitionibus.§.nono.circa medium. videtur tenere ꝙ
ſi fecit eum citari,cum comminatione ꝙ niſi compareat pronun
tiabit eas haberi pro confeſſatis, ꝙ tunc poſsit in eius contuma-
ciam hoc pronuntiare.hoc tamen videtur
cõtra iſtum tex.poſſet tamen ſaluari dictũ
eius,ſi iudex ad eum miſit copiã poſitionũ
& ſic habuit notitiam:aliàs non poteſt dici
ꝙ videatur fuiſſe confeſſus ea quæ ignora-
uit.nam etiã ſi eſſet præſens, deberent ſibi
legi,ad hoc vt habeatur pro cõfeſſo. vt ibi
no. Ia.autem Butri.quẽ videtur ſequi Bal.
j.de iureiur.l.generaliter.§.his de prӕſenti-
bus.dat aliũ modũ,ꝙ mittať copia poſitio-
num ad iudicẽ loci vbi degit,& quod per illum interrogetur, vt
ſibi iubeatur ex parte iudicis cauſæ vt reſpondeat. & tunc per-
inde eſt ac ſi præſens coram iudice cauſæ fuiſſet iuſſus reſpõde-
re,ſed certè poterit recuſare comparere coram illo. Ideo præce-
dens practica videtur melior, ꝙ iudex cauſӕ mittat ſibi copiam
poſitionum,& iubeat ſibi cum cõminatione ꝙ reſpondeat:aliàs
habebit eas pro confeſſatis.ſi autem ſimpliciter faceret eum cita
ri ad reſpondendum poſitionibus:tunc ſecus: quod etiam tenet
Bar.in d.l.locorum.j.de omni agro deſerto. Prӕdicta procedunt
in cauſis ꝓphanis:ſed in cauſis ſpecialibus puta beneficialibus,
videtur ꝙ non habeať pro confeſſo qui recuſaret iurare de calũ-
nia,vel de veritate:aut reſpõdere poſitionibus:ne alteri parti deť
vitioſus ingreſſus:quia fortè nullum ius habet in beneficio. nec
propter fictam confeſsionẽ illius poteſt acquirere, cum non ſit
in eius poteſtate dare titulũ:& ita videtur ſentire Spec.ar.in c.eũ
qui.de eo qui mitt.in poſſeſ. niſi propter contumaciam in non
comparendo,non fit miſsio ex primo decreto in beneficialibus,
ratione prædicta.non etiam habẽt locum prædicta in cauſis cri-
minalibus,vt no.Bar.in l. j. j. quomodo & quando iudex. in fi.
tertiæ col.quia qui non deliquit per confeſsionem ſuam veram,
vel etiam fictam,non propterea efficitur delinquens:vt in l.inter
6 omnes.§.rectè.ff.de furt.† In glo.ſeq.ibi. [ tu dic ſecundũ Ioan.
quod ſic. ] Cy.ſecundũ alios videtur tenere præcedentem opin.
quòd appellari non poſsit.primò:quia eſt verus cõtumax. ergo
non appellat,vt in l.& poſt edictũ.in fi.ff.de iudi.Secundò.quia
fruſtratoria eſſet appellatio.nam iudex appellationis viſa recuſa
tione iuramenti,& ficta confeſsione,confirmabit ſententiam cõ
demnatoriam,ſed communiter tenet iſta gloſſ.nec ob.prima ra-
tio:quia verum eſt quòd vera contumacia tollit beneficium ap-
pellandi,quando committitur circa ſententiam: quia citatus ad
ipſam audiendam noluit comparere, ſed hic non fuit commiſſa
contumacia circa ſententiam,ſed circa proceſſum. Præterea ſa-
tis operatur iſta contumacia: quod faciat haberi pro confeſſo,
& dari ſententiam contra ſe, non ergo debet inferri aliud præiu
a dicium,vt appellare non poſsit. [a] gloſſ.eſt ſingularis in cle. cau-
ſam.circa fin.de elec.quæ eſt valde notabilis ad propoſitum. Ad
ſecundam rationem reſpondetur, quòd imò non erat fruſtrato-
ria appellatio. nam in cauſa appellationis poterit fortè oſtende-
re quòd iuſtè recuſauit iurare:ſi fortè de hoc habeat priuilegiũ.
vel quòd licet habitus fuerit pro confeſſo, non tamen debebat
condemnari.per id quod habetur in gloſſ ſequen.& eodem mo-
do ſi quis recuſauit reſpondere poſitionibus,nam poterit oſten-
dere quòd iuſtè recuſauit:quia fortè non erat eis reſpondendũ,
7 ſecundùm ea quӕ no.in §.quod obſeruari.† Et ex prædictis ſol-
uitur quæſtio in qua Bald.conſuluit.ſi ſtatutum dicat quòd in
cauſa criminali contumax ponatur in banno, & habeatur pro
confeſſo,& poſsit condemnari de crimine:an ſi fuit condemna-
tus,poterit appellare? & determinauit Bald. quòd ſic. per hanc
gloſſ.& per illam glo.in cle.cauſam.& etiam addit quòd poterit
probare ſe maleficium non commiſiſſe: quo facto ſententia re-
tractabitur:quia non deberet condemnari ex vera confeſsione.
ſi apparet ipſum non deliquiſſe.vt in l.qui occidit.in fin. ff. ad l.
aquid.& no.in l.vnica.j.de confeſ.in glo.multò minus ex ficta.
8 vt no.Bar.ſatis eleganter.in l.abſentem.circa fi.ff.de pœnis. † In
glo.ſeq.quæ incip. [ per hoc. ] ibi. [ quid enim &c. ] Not.iſtam
glo.quæ reputatur ſingularis,quòd quando ex tenore libelli ap-
paret aliquid contra ipſum actorem,propter quod reus deberet
abſolui:licet reus verè vel fictè confiteatur contenta in libello:
non debet condemnari:ſed abſolui:quia cenſetur confiteri cum
9 omnibus ſuis qualitatibus.† & ideo allegatur iſta gl.ꝙ licet ban-
b nitus ex forma ſtatuti[b] habeatur pro confeſſo:nõ tñ ſequiť ſemꝑ
ꝙ ſit condẽnandus:ſed ex defectu inquiſitionis, vel eius forma

a ¶ Vt appellare non poſsit. Adde Lud.ro. Alex.de imo. in l.nõ ſolum.in §. morte. ff. de ope.no.nun. Phi. in c. ſi iuſtus metus. de appel.

b ¶ Bannitus ex forma ſtatuti. Adde Bald.in l.ij.C.e.ti.& per Nellum in tractatu de bãnitis.

a ¶ Pro actu triũ ꝑſonarũ. Adde Barb. I ru bri. extra eod. tit.
b ¶ Pro diſcretione. Adde c. ſſamis. §. tria. iij. q. vij. Arc. & doc. I c. ſtatutũ. in §. inſup. de reſcrip. lib. vj.

veniret abſoluendus. vt nota. Bald. in l. ſi vnus §. pac. ff. de pact. per hanc gloſſam. Et adde quod no. per Bartolum. in dicta lege, abſentem. in fine. ff. de pœnis facit l. ſi filius cum patre. ff. de interroga. act. & quod no. Gulie. de Cug. ff. de iureiurand. in lege, ſi duo patroni.

1 *Cõſtitutio reſpiciens litis ordinationẽ, locum habet in litibus futuris, ſuper negotijs præteritis, & in litibus pendentibus quo ad ea quæ reſtant.*
2 *Quando procurator conſtituitur poſt litem conteſtatam, & dubitatur de eius mandato: quando debeat præſtari cautio de rato?*
4 *Quid in cauſis in quibus non conteſtatur lis?*

Ver. Sic enim. † In ij. [ ſed prædictum ſacramẽtum. ] Not. priò dũ dicit. [ in ipſo litis primordio. ] ꝙ hoc iuramẽtum eſt præſtãdum à principio litis. i. ſtatim poſt litis cõteſt. ſed hodie declaratum eſt in c. j. e. tit. lib. vj. ꝙ hoc nõ ſit de ſubſtãtia: quia licet nõ fuerit præſtitum à princip. (quia nõ fuit petitũ) poſsit peti in quacunq; parte litis, & debeat præſtari. ſed ſi fuiſſet petitum, & non præſtitũ, valuiſſent acta poſtea
2 facta. vt not. in §. ſed quia veremur. ſ. eo. l. † Item not. in ver. [ ſin autem cauſæ adhuc pendentes inueniãtur. ] ſecundũ Bart. quòd cõſtitutio reſpiciẽs litis ordinationem, locum habet in litibus futuris ſuper negotijs præteritis. Item in litibus pẽdẽtibus, quó ad
3 ea quæ reſtant, licet non quó ad iam geſta. † Item not. text. ibi. dũ dicit. [ & in primo poſt hanc l. ingreſſu &c. ] ꝑ eo quod not. in l. nihil. ſ. de procu. quãdo procurator cõſtituitur poſt lit. cõteſt. & dubitatur de eius mandato, quãdo debeat præſtari cautio de rato? Et dicit quòd antequàm procedat ad vlteriora: ſed ſi ꝑcederetur, & non peteret cautio, nõ poſſet poſtea peti. ſicut nec poſt litem cõteſtatam: ſi ante cõteſtationem nõ eſſet petita: quia quod operatur conteſtatio in his quæ præcedunt eam operatur etiam primus actus contradictorius. in quo ſequitur conteſtationem.
4 † Et vide in caſibus in quibus non conteſtatur lis, quia primus actus contradictorius habet vim conteſtationis: vt not. in c. j. de elec. lib. vj. non ſunt alia. Laudetur Deus.

## Sequitur Liber tertius.

*De iudicijs.* *Rubrica.*

1 *Verbum iudicium, quot modis ſumatur?*
2 *In iudicijs non eſt habenda diſcretio perſonarum.*

1 † Quæro, quare loquitur in plurali, & nõ in ſingulari de iudicijs? Rñdeo, quia ſunt plures ſpecies iudiciorũ. Sunt enim quædam vniuerſalia: vt petitio hæreditatis. vt in l. j. in princi. ff. de rei vend. Quędam generalia. vt actio ꝑ ſocio. ff. ꝑ ſocio. l. ꝑ ſocio arbiter. vel nego. geſt. vel tutelæ. Quædam ſunt particularia. vt rei vẽdicatio. quod dic: vt ff. de eden. l. j. in prin. gloſſ. mag. Item quędam ſunt ſimplicia. in quibus vnus eſt actor: & alter reus. Quædam duplicia. in quibus vterq; eſt actor & reus: vt ſunt iudicia diuiſoria. ff. eo. l. in tribus. & interdum vti poſsidetis. vt l. ij. de interdictis, quæ omnia proſequere. vt in Spec. eod. titu. per totum.
2 † Item hoc verbum iudicium ſumitur multis modis. Primò, pro
a actu trium perſonarũ: [a] valet actoris, iudicis, & rei. vt in hoc titu. & ff. eod. & in c. forus. de verbo. ſignifi. Secũdò pro inſtãtia lit. vt j. eod. l. properandum. Tertiò, ꝑ vltima voluntate. vt in l. j. ſuprà,
b de ſacroſanc. eccle. Quartò, ꝑ diſcretione. [b] ff. eod. l. cum prętor. §. j. dum dicit. iudicio caret &c. Quintò ſumitur iudiciũ ꝑ actione. vt in dicta l. in tribus. ff. eod. dum dicit in his tribus iudicijs, id eſt, act. & l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. Sextò, pro ſententia. vt in l. epiſcopale. & in authẽtic. ibi poſita ſuprà, de epiſ. aud. & l. j. de re iudica. Septimò, ꝑ cauſa ſeu q. vt j. de ordi. iudi. l. quæſtionum. Octauò, pro voluntate. ff. de fideicommiſ. libe. l. Thais. §. Lucius. Nonò, ꝑ actis & ſcripturis, quæ fiunt in iudicio. vt not.
3 in authentic. vt præpo. no. impera. §. penultimo. † Et adde quæ not. per Archi. in princi. decreti. & quod in iudicijs non eſt habẽda diſcretio perſonarum: ſed ita magnum iudicabis, vt paruum. vt in c. in iudicijs. extra de regu. iur. lib. vj.

1 *Quando ſunt duo iudicia quæ ſic ſe habent ꝙ ſententia abſolutoria lata ſuper uno, poteſt parere exceptionem rei iudicatæ ſuper alio: an poſſint eodem tempore cumulari?*
3 *Per litis conteſtationem an fiat nouatio, & quid per citationem? & nu. 4. & 5.*
4 *Iudicium non incipit à citatione, ſed quaſi incipit quantum ad aliquos effectus prim... citatio dicatur actus iudiciarius: hinc eſt ꝙ non poteſt committi die feriato, ut per ci... perpetuetur iuriſdictio iudicis delegati: ut non expiret, & ut per eam præoccupetur iuriſdictio, & interrumpatur præſcriptio xxx. annorum.*
5 *Si lata eſt ſententia pro actore, deſinunt currere uſuræ pendente tempore quod datur iudicatis: ſed eo finito currit uſura centeſima, quæ eſt legalis. & quid ſi feratur contra actorem?*
6 *Peremptio non cadit in eo quod non eſt in rerum natura.*
7 *Iudiciũ non admittitur ſuper futuro: & quod fundetur ſuper obligatione de præſenti.*
8 *Vſuræ quæ decurrunt tempore quo durat litigiũ, an poſſint in iudicium deduci vel pe...*
9 *Nouatio uoluntaria fit per ſtipulationem: & an poſſit fieri per alium cõtractum con... ſtipulationem, & quid detrahatur priſtinæ obligationi?*
10 *Nouatio neceſſaria quæ fit per litis conteſtationem, quid operetur? & quid de nouatione quæ fit per ſententiam abſolutoriam? & nu. 9.*
11 *Quid de nouatione neceſſaria, quæ fit per ſententiam cõdemnatoriã? & nu. 9. & 14.*
12 *Pro ſententia, an agatur uia executiua? an actione iudicati? & quæ ſit differentia?*
13 *In executione ſententiæ an requiratur cauſæ cognitio?*

LEX I.

IVdicio cœpto. Lex iſta eſt difficilis in recitatione. gloſſ. & materiæ. & conſueuit repeti. h. d.
1 † Per litis conteſtationem factam ſuper ſorte, ac etiam in parte vſurarum, non perimitur ſtipulatio vſurarum commiſſa vel committenda: nec impeditur curſus earũ lite pendente: & vſuræ quæ poſſunt peti iure actionis, ſi nõ fuerunt petitæ in iudicio ſortis, etiam illo finito peti poſſunt in alio iudicio. hoc dicit. Et primò præmittit vnum ad euidẽtiã vſq; ibi. [ ſupereſt. ] Secundò determinat caſum de quo quæritur: & legitur duobus modis in gl. quæ incipit, [ quæ pendente. ] primo in ſtipulatione committenda. & ſic loquitur de vſuris futuri temporis currentibus poſt litem cœptam. alio modo vt loquatur de ſtipulatione vſurarum commiſſa: & ſic de vſuris præteriti temporis: quæ ... omnes fuerunt in iudicio ſortis petitæ, & erat dubiũ, an illæ quæ non erant petitæ poſſent in alio iudicio peti. Nos poſſumus addere tertiam lect. quòd loquatur tam de futuris vſuris quàm de præteritis hoc modo. Mutuaui tibi centum, & tu per ſtipulationem promiſiſti x. quolibet anno pro vſuris. ſteriſti per quatuor annos quòd ſortem non ſoluiſti. & ſic debes mihi quadraginta p... vſur. egi ad repeti. ſortis. & etiam petij vſuras duorum annorum. lis durauit per triennium: deinde lata eſt ſententia condemnatoria in ſortem & vſuris duorum annorum; nunc facta executione ſentẽtiæ, vel etiam non facta: vellem petere vſuras aliorum duorum annorum, quæ cucurrerãt ante litem cœptam: & etiam triũ annorũ, quibus durauit lis: quęritur an poſsim? Imperator rñdet quòd per conteſta. factam ſuper ſorte non fuit perempta ſtipulatio vſurarum. pro vſur. præteriti temporis: nec etiam prohibentibus currere lite pendente. Et ideo cucurrerunt: poſſum ergo eas petere in alio iudicio iure obligationis & actionis, quæ non finiuntur lite finita: licet ſecus in officio iudicis mercenarii. vt l. iiij. C. depo. Sed ſecundùm primam lecturam, petij vſuras omnium quatuor annorum: non autem tempore quo durauit lis: quia tunc adhuc non erant commiſſæ vſuræ: ſed nũc commiſſæ ſunt, & volo illas petere. Sed ſecundùm ſecundam lecturam gloſſ. petij vſuras duorum annorum tantùm, & nunc volo petere aliorum duorum annorum qui cucurrerant ante litem cœptam; non autem volo petere pro tempore quo durauit lis. In text. ibi. [ non eſt perempta. ] Dic quòd non eſt perempta obligatio, & actio principalis, competens ad ſortem: vnde ſtipulatio vſurarum quæ eſt acceſſoria, habet cui cohæreat: ideo poteſt committi eo tempore quo lis durat. In text. ibi. [ conuenire poſsis. ] ſcilicet in nouo iudicio. Secundùm verum intellectum: non autem in iam cœpto: quia eſſent duo iudicia. vnum ſup ſorte: alterũ ſuper vſuris. ſicut eſſent duo libelli, ꝗ iudicia ſic ſe habẽt adiuicẽ, ꝙ lata ſnia abſolutoria ſup ſorte, ex eo ꝗ nõ eſſet lata ſup vſur. pareret exceptionẽ rei iu. ſup eis. q͂ ſi nõ eſt debita

non pote...